TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_1129

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Officii
Ecclesiastici

1129

Acquistato da Taddeini 10/5 1885

per lire cento —

[illegible]

Egredietur Virga de radice Jesse,
et Flos de radice ejus ascendet.

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA

AD PRIMAM

Hymnus.

IAm lucis orto ſidere, Deum precemur ſupplices, vt in diurnis actibus, nos ſeruet à nocẽtibus.
Linguam refrænans temperet, ne litis horror inſonet: viſum fouendo cõtegat, ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima, abſiſtat & vecordia: carnis terat ſuperbiam, potus cibique parcitas.
Vt cum dies abſceſſerit, noctemque ~. ſors reduxerit: mundi per abſtinentiam ipſi canamus gloriam.
Deo Patri ſit gloria, eiuſque ſoli Filio, cum Spiritu Paraclito, & nunc & in ꝑpetuum. Amen.

DEus Deus meus, reſpice in me ~: quare me dereliquiſti? * longè à

ſalute mea verba delictorum meorũ.
Deus meus clamabo per diem, & nõ exaudies: ✻ & nocte, & non ad inſipientiam mihi.
Tu autem in ſancto habitas, ✻ Laus Iſrael.
In te ſperauerunt patres noſtri: ✻ ſperauerunt, & liberaſti eos.
Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſũt: ✻ in te ſperauerunt, & non ſũt cõfuſi.
Ego autem ſum vermis, & non homo: ✻ opprobrium hominũ, & abiectio plebis.
Omnes videntes me, deriſerunt me: ✻ locuti ſunt labiis, & mouerũt caput.
Sperauit in Dño, eripiat eum: ✻ ſaluũ faciat eum, quoniam vult eum.
Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre: ✻ ſpes mea ab vberibus matris meæ.

In te projectus sum ex vtero: De vẽtre matris meæ Deus meus es tu, ne discesseris à me.

Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est, qui adiuuet.

Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens.

Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera liquescens: ✲ in medio ventris mei.

Aruit tàquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: ✲ & in puluerem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi: ✲ concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas & pedes me-

os: ✲ dinumerauerunt ōnia ossa mea.
Ipsi vero considerauerunt, & inspe-
xerunt me: ✲ diuiserunt sibi vestimē-
ta mea, & super vestem meam mise-
runt sortem.
Tu autem Domine ne elongaueris au-
xilium tuum à me: ✲ ad defensionē me-
am conspice.
Erue à framea Deus animam meam: ✲
& de manu canis vnicam meam.
Salua me ex ore leonis: ✲ & à cornib⁹
vnicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus me-
is: ✲ in medio Ecclesiæ laudabo te.
Qui timetis Dominum laudate eum: ✲
vniuersum semen Iacob glorificatē eū.
Timeat eum omne semen Israel: ✲ quo-
niam non spreuit, neque despexit de-
precationem pauperis.
Nec auertit faciem suam à me: ✲ & cū-

cla-

clamarem ad eum, exaudiuit me.
Apud te laus mea in Ecclesia magna: * vota mea reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes, & saturabunur; & laudabunt Dominũ, qui requirũt eum: * viuent corda eorum in sæculũ sæculi.
Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum * vniuersi fines terræ.
Et adorabunt in conspectu eius * vniuersæ familiæ Gentium.
Quoniam Domini est regnũ: * & ipse dominabitur Gentium.
Manducauerũt, & adorauerunt omnes pingues terræ: * in conspectu eius cadẽt õnes, qui descẽdũt in terrã.
Et anima mea illi viuet: * & semẽ meum seruiet ipsi.
Annunciabitur Domino generatio

ventura: ✲ & annunciabunt cæli iuſtitiam eius populo, qui naſcetur, quem fecit Dominus.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: ✲ in loco paſcuæ ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: ✲ animam meam conuertit.

Deduxit me ſuper ſuper ſemitas iuſtitiæ: ✲ propter nomen ſuum.

Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: ✲ quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus: ✲ ipſa me conſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam, ✲ aduerſus eos, qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum: ✲ & calix meus inebrians quam præclarus eſt.

Et misericordia tua subsequetur me ✲ omnibus diebus vitæ meæ.
Et vt inhabitem in domo Domini, ✲ in longitudinem dierum. Gloria Pa.

DOmini est terra, & plenitudo eius ✲ orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundauit eũ: ✲ & super flumina præparauit eum.
Quis ascendet in montem Domini? ✲ aut quis stabit in loco sancto eius?
Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suã, ✲ nec iurauit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionem à Domino: ✲ & misericordiam à Deo salutari suo.
Hæc est generatio quærentium eũ: ✲ quærentium faciem Dei Iacob.
Attollite portas principes vestras, &

ele-

eleuamini portæ æternales: ✲ & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? ✲ Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: ✲ & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? ✲ Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

AD te Domine leuaui animã meam: ✲ Deus meus in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei: ✲ etenim vniuersi, qui sustinent te, nõ confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes ✲ superuacuè.

Vias tuas Domine demonstra mihi: ✲ & semitas tuas edoce me.

Di-

Dirige me in veritate tua, & doce me: ✲ quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die.

Reminiscere miserationum tuarũ, Domine, ✲ & misericordiarum tuarũ, quæ à seculo sunt.

Delicta iuuentutis meæ, ✲ & ignorãtias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu: ✲ propter bonitatẽ tuã Domine.

Dulcis, & rectus Dominus: ✲ proper hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio; ✲ docebit mites vias suas.

Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas, ✲ requirentibus testamentũ eius, & testimonia eius.

Propter nomen tuum Domine propi-

tiaberis peccato meo:* multũ eſt enim.
Quis eſt homo, qui timet Dominũ?* legem ſtatuit ei in via, quam elegit.
Anima eius in bonis demorabitur:* & ſemen eius hæreditabit terram.
Firmamentum eſt Dominus timentibus eum:* & teſtamentum ipſius, vt manifeſtetur illis.
Oculi mei ſemper ad Dominũ:* quoniam ipſe euellet de laqueo pedes mẽ.
Reſpice in me, & miſerere mei:* quia vnicus & pauper ſum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt:* de neceſſitatibus meis eruе me.
Vide humilitatem meam, & laborem meum;* & dimitte vniuerſa delicta mea.
Reſpice inimicos meos, quoniã multiplicati ſunt,* & odio iniquo oderũt

me

me.

Custodi animam meam, & erue me: ✲ non erubescam, quoniam speraui in te.

Innocentes, & recti adhæserunt mihi: ✲ quia sustinui te.

Libera Deus Israel, ✲ ex omnibus tribulationibus suis. Gloria Pa.

IVdica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: ✲ & in Domino sperans non infirmabor.

Proba me Domine, & tenta me: ✲ ure renes meos, & cor meum.

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: ✲ & complacui in veritate tua.

Non sedi cũ cõcilio vanitatis: ✲ & cum iniqua gerentibus non introibo.

Odiui Ecclesiam malignantium: ✲ & cum impiis non sedebo.

La-

Lauabo inter innocentes manus meas: ✲ & circumdabo altare tuum Dñe.
Vt audiam vocem laudis, ✲ & enarrem vniuersa mirabilia tua.
Domine dilexi decorem domus tuæ, ✲ & locum habitationis gloriæ tuæ.
Ne perdas cum impiis Deus animam meam, ✲ & cum viris sanguinum vitam meam.
In quorum manibus iniquitates sũt: ✲ dextera eorum repleta est munerib⁹.
Ego autem in innocentia mea ingressus sum: ✲ redime me, & miserere mei.
Pes meus stetit in directo: ✲ in Ecclesiis benedicam te Domine.
DEus in nomine tuo saluum me fac: ✲ & in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meam: ✲ auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerunt aduer-

ſum me, & fortes quæſierunt animam meam: ✲ & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus adjuuat me: ✲ & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis: ✲ & in veritate tua diſperde illos.

Voluntariè ſacrificabo tibi, ✲ & confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: ✲ & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus. Gloria Pa.

DOminus regnauit, decorem indutus eſt: ✲ indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.

Etenim firmauit orbem terræ, ✲ qui non cõmouebitur.

Parata ſedes tua ex tunc: ✲ à ſæculo tu es.

Eleuauerunt flumina Domine: ✲ eleuauerunt flumina vocem ſuam.
Eleuauerunt flumina fluctus ſuos, ✲ à vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris, ✲ mirabilis in altis Dominus.
Teſtimonia tua credibilia facta ſũt nimis: ✲ domum tuam decet ſanctitudo Domine in longitudinem dierum.

BEati immaculati in via: ✲ qui ambulant in lege Domini.
Beati, qui ſcrutantur teſtimonia eius: ✲ in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniquitatẽ, ✲ in viis eius ambulauerunt.
Tu mandaſti, ✲ mandata tua cuſtodiri nimis.
Vtinam dirigantur viæ meæ, ✲ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.
Tunc non confundar, ✲ cum perpexero

in omnibus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis: ✲
in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.
Iustificationes tuas custodiam: ✲ non
me derelinquas vsquequaque.
In quo corrigit adolescentior viam su-
am? ✲ in custodiendo sermones tuos.
In toto corde meo exquisiui te: ✲ ne re-
pellas me à mandatis tuis.
In corde meo abscondi eloquia tua: ✲
vt non peccem tibi.
Benedictus es Domine: ✲ doce me iu-
stificationes tuas.
In labiis meis, ✲ pronunciaui omnia
iudicia oris tui.
In via testimoniorum tuorum delecta-
tus sum, ✲ sicut in omnibus diuitiis.
In mandatis tuis exercebor: ✲ & consi-
derabo vias tuas.
In iustificationibus tuis meditabor: ✲

non obliuiſcar ſermones tuos. Glor.
RE tribue ſeruo tuo, viuifica me:* & cuſtodiam ſermones tuos.
Reuela oculos meos:* & conſidera-bo mirabilia de lege tua.
Incola ego ſum in terra:* non abſcō-das à me mandata tua.
Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas,* in omni tẽpore.
Increpaſti ſuperbos:* maledicti qui declinant à mandatis tuis.
Aufer à me opprobrium, & contẽp-tũ:* quia teſtimonia tua exquiſiui.
Etenim ſederunt principes, & aduer-ſum me loquebantur:* ſeruus autẽ tu-us exercebatur in iuſtificationibus tuis.
Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt:* & conſilium meum iuſtificatiões tuæ.
Adhæſit pauimento anima mea:* viui-

fi-

fica me ſecundum verbum tuum.
Vias meas enunciaui, & exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas.
Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me: & exercebor, in mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miſerere mei.
Viam veritatis elegi: iudicia tua non ſum oblitus.
Adhæſi teſtimoniis tuis Domine: noli me confundere.
Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. Gloria.
QVicumque vult ſaluus eſſe: ante omnia opus eſt, vt teneat catholicam fidem.
Quam niſi quiſque integram, inuiolatamque ſeruauerit: abſque dubio ĩ

æ-

æternum peribit.

Fides autem catholica hæc eſt: ✲ vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatẽ in vnitate veneremur.

Neque confundentes perſonas: ✲ neque ſubſtantiã ſeparantes.

Alia eſt enim perſona Patris, alia Filii, ✲ & alia Spiritus ſancti.

Sed Patris, & Filii, & Spiritus ſancti vna eſt diuinitas, ✲ æqualis gloria, coæterna maeſtas.

Qualis Pater, talis Filius, ✲ talis Spiritus ſanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, ✲ increatus Spiritus ſanctus.

Immenſus Pater, immenſus Filius, ✲ īmenſus Spiritus ſanctus.

Æternus Pater, æternus Filius, ✲ æternus Spiritus ſanctus.

Et tamen non tres æterni: ✲ ſed vnus

æ-

æternus.

Sicut non tres increati, nec tres imẽ-
si: ✲ sed vnus increatus, & vnus imẽsus.
Similiter omnipotens Pater, omni-
potens Filius, ✲ omnipotens Spiritus
sanctus:

Et tamen non tres omnipotentes: ✲
sed vnus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, ✲ Deus
Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dii: ✲ sed vnus est
Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius,
✲ Dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Domini: ✲ sed v-
nus est Dominus.

Quia sicut sigillatim vnamquamque
personam Deum ac Dominum confi-
teri Christiana veritate cõpellimur:
✲ ita tres Deos aut Dominos dicere,

ca-

catholica religione prohibemur.

PAter à nullo eſt factus:* nec creatus nec genitus.

Filius à Patre ſolo eſt:* non factus, nec creatus, ſed genitus.

Spiritus ſanctus à Patre & Filio:* non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.

Vnus ergo Pater, non tres Patres, vnus Filius, non tres Filii:* vnus Spiritus ſanctus, non tres Spiritus ſancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut poſterius, nihil maius aut minus:* ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales.

Ita vt per omnia, ſicut iam ſupra dictum eſt:* & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda ſit.

Qui vult ergo ſaluus eſſe:* ita de Trinitate ſentiat.

Sed

Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem: ✲ vt incarnationem quoque Domini noſtri Ieſu Chriſti fideliter cred.t

Eſt ergo fides recta, vt credamus & confiteamur: ✲ quia Dominus Ieſus Chriſtus Dei Filius, Deus & homo ẽ.

Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſecula genitus: ✲ & homo eſt ex ſubſtãtia matris in ſæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo: ✲ ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.

Æqualis Patri ſecundum diuinitatẽ: ✲ minor Patre ſecundum humanitatem.

Qui licet Deus ſit, & homo: ✲ non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus.

Vnus autem non conuerſione diuinitatis in carnem: ✲ ſed aſſumptione humanitatis in Deum.

Vnus omnino non confuſione ſubſtã-

tiæ: ✲ ſed vnitate perſonę.

Nam ſicut anima rationalis & caro vnus eſt homo: ✲ ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus.

Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra, deſcendit ad inferos: ✲ tertia die reſurrexit à mortuis.

Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: ✲ inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis: ✲ & reddituri ſunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: ✲ qui vero mala, in ignem æternum.

Hæc eſt fides catholica: ✲ quam niſi quiſque fideliter, firmiterque crediderit, ſaluus eſſe non poterit.

EXTRA SEPTVAGESIMÃ

AD PRIMAM

Hymnus.

Iam lucis orto ſidere, Deũ precemur ſupplices, vt in diurnis actibus nos ſeruet à nocẽtibus.

Linguam refrænans temperet, ne litis horror inſonet: viſum fouendo contegat, ne vanitates hauriat.

Sin pura cordis intima, abſiſtat, & vecordia: carnis terat ſuperbiam potus, cibique parcitas.

Vt cum dies abſceſſerit, noctemque ſors reduxerit: mundi per abſtinentiam, ipſi canamus gloriam.

Deo Patri ſit gloria, eiuſque, & c.

Pſal. Deus in no. pag. Beati imma. pag.

In Aduentu ſerialibus diebus. Aña.

Veni, & libera nos Deus noſter.

Dominicis diebus ab Oct. Epiph. vſq; ad Sept. & à Feſto SS. Trinit. vſque ad Aduent. Aña.

Gloria tibi Trinitas, equalis vna Deitas, & ãte ònia secula, & nũc, & in perpetuũ.

Ferialibus autẽ dicitur ab Oct. Epiph. vsq; ad j. Domin. Quadrag. exclus., & ab Oct. Trinit. vsq; ad Aduentum exclus. Antiphona.

Deus exaudi orationem meam: auribꝰ percipe verba oris mei.

Ferialibus dicitur post j. Domin. Quadrag. vsq; ad Domin. in Passione exclus. Antiphona.

Viuo ego, dicit Dominus: nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat.

Ferialibus dicitur post Domin. in Passione vsq; ad Cœnam Dñi exclusiuè. Antiphona.

Animæ impiorum fremebant aduersum me: & grauatũ est cor meũ sup eos.

Tempore Pasch. tam Domin. quam ferialibus dicitur à Feria ij. post Oct. Paschæ vsq; ad Asc. j.

Ãn. Cognouerunt Dominũ, alle. in fractione panis, alleluia.

NVnc ſancte nobis Spiritus, vnum Patri cum Filio, dignare promptus ingeri noſtro refuſus pectori.

Os, lingua, mens, ſenſus, vigor, cõfeſſionem perſonent; flammeſcat igne charitas accendat ardor proximos.

Præſta Pater piiſſime, Patrique cõpar Vnice, cum Spiritu paraclito regnans per omne ſæculum. Amen.

LEgem pone mihi Domine viã iuſtificationum tuarum:* & exquiram eam ſemper.

Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam:* & cuſtodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in ſemitam mandatorũ tuorum:* quia ipſam volui.

Inclina cor meum in teſtimonia tua:* & non in auaritiam.

Au-

Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.

Statue ſeruo tuo eloquium tuum,* in timore tuo.

Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum:* quia iudicia tua iucunda.

Ecce concupiui mandata tua:* in æquitate tua viuifica me.

Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine:* ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum.

Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum:* quia ſperaui in ſermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque:* quia in iudiciis tuis ſuperſperaui.

Et cuſtodiam legem tuam ſemper:* in ſæculum & in ſæculum ſæculi.

Et ambulabam in latitudine: quia mãdata tua exquisiui.
Et loquebar de testimoniis tuis ĩ cõspectu regum: ✲ & non confundebar.
Et meditabar in mandatis tuis: ✲ quæ dilexi.
Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: ✲ & exercebar in iustificationibus tuis.

MEmor esto verbi tui seruo tuo, ✲ in quo mihi spem dedisti.
Hæc me consolata est in humilitate mea: ✲ quia eloquium tuum viuificauit me.
Superbi iniquè agebant vsquequaque: ✲ à lege autem tua non declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorum à sæculo Domine: ✲ & consolatus sum.
Defectio tenuit me, ✲ pro peccatoribus derelinquentibus legem tuã.

Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ: ✲ in loco peregrinationis meæ.
Memor fui nocte nominis tui Domine: ✲ & custodiui legem tuam.
Hæc facta est mihi: ✲ quia iustificationes tuas exquisiui.
Portio mea Domine, ✲ dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: ✲ miserere mei secundum eloquium tuum.
Cogitaui vias meas: ✲ & conuerti pedes meos in testimonia tua.
Paratus sum, & non sum turbatus: ✲ vt custodiam mandata tua.
Funes peccatorum circumplexi sunt me: ✲ & legem tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebam ad confitendum tibi, ✲ super iudicia iustificationis tuæ.

Particeps ego ſum omnium timentiũ te: * & cuſtodientium mandata tua.
Miſericordia tua Domine plena eſt terra: * iuſtificationes tuas doce me.
BOnitatem feciſti cum ſeruo tuo Domine, * ſecundum verbũ tuũ.
Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me: * quia mandatis tuis credidi.
Priuſquam humiliarer ego deliqui: * propterea eloquium tuum cuſtodiui.
Bonus es tu: * & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.
Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: * ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua.
Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: * ego vero legem tuam meditatus ſum.
Bonum mihi quia humiliaſti me: * vt diſcam iuſtificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, ✲ ſuper millia auri, & argenti.

Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me: ✲ da mihi intellectum, & diſcã mandata tua.

Qui timent te videbunt me, & lætabũtur: ✲ quia in verba tua ſuperſperaui.

Cognoui Dñe quia æquitas iudicia tua: ✲ & in veritate tua humiliaſti me.

Fiat miſericordia tua vt conſoletur me, ✲ ſecundum eloquium tuum ſeruo tuo.

Veniant mihi miſerationes tuæ, & viuam: ✲ quia lex tua meditatio mea eſt.

Confundantur ſuperbi, quia iniuſtè iniquitatem fecerunt in me: ✲ ego autẽ exercebor in mandatis tuis.

Conuertantur mihi timentes te: ✲ & qui nouerunt teſtimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in iuſti-

fi-

ficationibus tuis, ✻ vt non confundar.

In Aduentu ferialibus dicens, Antiphona.

Veni Domine, & noli tardare: relaxa facinora plebis tuæ Israel.

Dominicis diebus ab Octa. Epiph. vsque ad Septuag. & à festo S. Trinit. vsque ad Aduen. Antiphona. Laus, & perennis gloria, Deo Patri, & Filio, Sancto simul Paraclito, in sæcula sæculorum.

Feriatibus autem diebus ab Octa. Epiph. vsque ad Dom. j. Quadrag. exclusiuè, & ab Oct. Pent. vsque ad Aduentum exclusiuè. Antiphona.

Deduc me Domine in semitam mandatorum tuorum.

Ferialibus dicens post j. Dom. Quadrag. vsq; ad Dom. in Pass. exclusiuè. Antiphona.

Aduenerunt nobis dies pœnitentiæ, ad redimenda peccata, & saluandas animas. *Ferialibus dicens post Dom. in Pass. vsque ad Cœnam Dñi exclusiuè. Antiph.*

Iu-

Iudicasti Domine causam animæ meæ:
defensor vitæ meæ, Domine Deus me.

Temp. Pasch. tam Dom. quam feriat. diebus, à feria ij. post Oct. Paschæ usque ad Asc. inclusive Añ.

Pax vobis, ego sum, alleluia, nolite timere, alleluia.

AD SEXTAM

REctor potens, verax Deus, qui temperas rerum vices, splendore mane instruis, & ignibus meridiem.

Extingue flammas litium, aufer calorem noxium, confer salutem corporum, veramque pacem cordium.

Præsta Pater pijssime, &c.

DEfecit in salutare tuum anima mea: * & in verbum tuum supersperaui.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, * dicentes: quando consolaberis

me

me?
Quia factus sum sicut vter in prui-
na: iustificationes tuas nò sũ oblitus.
Quot sunt dies serui tui: quando
facies de persequentibus me iudiciũ?
Narrauerunt mihi iniqui fabulatio-
nes: sed non vt lex tua.
Omnia mandata tua veritas: ini-
què persecuti sunt me, adiuua me.
Paulominus consummauerunt me in
terra: ego autem non dereliqui mà-
data tua.
Secundum misericordiam tuam viui-
fica me: & custodiam testimonia o-
ris tui.
In æternum Domine, verbum tuum
permanet in cælo.
In generationem & generationẽ ve-
ritas tua: fundasti terram, & perma-
net.

rdinatione tua perſeuerat dies, ✲ quoniam omnia ſeruiunt tibi.

Niſi quod lex tua meditatio mea eſt: tunc forte perijſſem in humilitate mea.

In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: ✲ quia in ipſis viuificaſti me.

Tuus ſum ego, ſaluum me fac: ✲ quoniã iuſtificationes tuas exquiſiui.

Me expectauerũt peccatores vt perderẽt me: ✲ teſtimonia tua intellexi.

Omnis conſummationis vidi finẽ: latum mandatum tuum nimis.

Quomodo dilexi legem tuã Domine? ✲ tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentẽ me feciſti mandato tuo: ✲ quia in æternum mihi eſt.

Super omnes docentes me intellexi:
quia testimonia tua meditatio mea
est.
Super senes intellexi: quia manda-
ta tua quęsiui.
Ab omni via mala prohibui pedes me-
os: vt custodiam verba tua.
A iudicijs tuis non declinaui: quia
tu legem posuisti mihi.
Quam dulcia faucibus meis eloquia
tua, super mel ori meo.
A mandatis tuis intellexi: propterea
a odiui omnem viam iniquitatis.
Lucerna pedibus meis verbū tuū,
& lumen semitis meis.
Iraui, & statui custodire iudicia iusti-
tiæ tuæ.
Humiliatus sum vsquequaque Domi-
ne: viuifica me secundum verbū tuū.
Voluntaria oris mei beneplacita fac

Domine: & iudicia tua doce me.
Anima mea in manibus meis ſemper:
& legem tuam non ſum oblitus.
Poſuerunt peccatores laqueum mihi:* & de mandatis tuis non erraui.
Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum,* quia exultatio cordis mei ſunt.
Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternũ,* propter retributionem.
INiquos odio habui:* & legem tuam dilexi.
Adiutor, & ſuſceptor meus es tu:* & in verbum tuum ſuperperaui.
Declinate à me maligni:* & ſcrutabor mandata Dei mei.
Suſcipe me ſecundum eloquium tuum, & viuam:* & non confundas me ab expectatione mea.

Adiuua me, & ſaluus ero: & meditabor in iuſtificationibus tuis ſẽper.
Spreuiſti omnes diſcẽdẽtes à iudicijs tuis:* quia iniuſta cogitatio eorũ.
Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ:* ideo dilexi teſtimonia tua.
Confige timore tuo carnes meas:* à iudicijs enim tuis timui.
Feci iudicium, & iuſtitiam:* non tradas me calumniantibus me.
Suſcipe ſeruum tuum in bonum:* non calumnientur me ſuperbi.
Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum,* & in eloquium iuſtitiæ tuæ.
Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam:* & iuſtificationes tuas doce me.
Seruus tuus ſum ego:* da mihi intellectum, vt ſciam teſtimonia tua.

Tempus faciendi Domine: dissipauerunt legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua: super aurum & topation.
Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

In Aduentu ferialibus diebus. Antiphona.

Tuam Domine excita potentiam, & veni ad saluandum nos.

Dominicis diebus ab Oct. Epiph. vsque ad Septuag. & à festo SS. Trinit. vsque ad Aduen.

Aña. Gloria laudis resonet in ore omnium: Patri, geniteque Proli, Spiritui sancto, pariter resultet laude perẽni.

Feriatis autem diebus ab Oct. Epipn. vsque ad Dom. j. Quad. exclu. & ab Oct. Trinit. vsque ad Aduent. exclus. Antiph.

Adiuua me, & saluus ero Domine.

Feriatis diebus post j. Dom. Quad. vsque

ad Dom. Pass. exclus. Antiphona

Commendemus nosmetipsos in multa patientia: in ieiunijs multis per arma iustitiæ.

Feriatibus dicebus post Domin. in Passione usq; ad Cenã Dñi exclusiue. Antiphona.

Populemeus quid feci tibi, aut quid molestus fui? responde mihi.

Tempore Paschæ. tam Domin., quam feriatibus diebus, à Feria ij. post Oct. Paschæ usq; ad Ascens. Aña. Ecce ego vobiscum sum, alleluia: omnibus diebus, alleluia.

AD NONAM

RErum Deus tenax vigor. immotus in te permanens, lucis diurnæ tempora. successibus determinans.

Largire clarum vesperè, quo vita nusquam decidat, sed præmium mortis

ſacræ perennis inſtet gloria.

Præſta Pater piiſſime, &c.

MIrabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt anima mea.

Declaratio ſermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.

Os meum aperui, & attraxi ſpiritū: quia mandata tua deſiderabam.

Aſpice in me, & miſerere mei, ſecūdum iudicium diligentium nomē tuū.

Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniuſtitia.

Redime me à calumniis hominū: vt cuſtodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum: & doce me iuſtificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.

Iustus es Domine: & rectum iudi-
cium tuum.
Mandasti iustitiam testimonia tua:
& veritatem tuam nimis.
Tabescere me fecit zelus meus: ✲ qui-
a obliti sunt verba tua inimici mei.
Ignitum eloquiũ tuum vehementer:
✲ & seruus tuus dilexit illud.
Adolescentulus sum ego, & contẽp-
tus: ✲ iustificationes tuas non sum o-
blitus.
Iustitia tua, iustitia in æternum: ✲ &
lex tua veritas.
Tribulatio, & angustia inuenerũt me:
✲ mandata tua meditatio mea est.
Æquitas testimonia tua in æternũ: ✲
intellectum dà mihi, & viuam.
CLamaui in toto corde meo, exau-
di me Domine: ✲ iustificationes
tuas requiram.

Clamaui ad te, ſaluum me fac: ✲ vt cuſtodiam mandata tua.

Præueni in maturitate, & clamaui: ✲ quia in verba tua ſuperſperaui.

Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: ✲ vt meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuam Domine: ✲ & ſecundù iudicium tuum viuifica me.

Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: ✲ à lege autem tua longè facti ſunt.

Prope es tu Domine: ✲ & omnes viæ tuæ veritas.

Initio cognoui de teſtimoniis tuis: ✲ quia in æternum fundaſti ea.

Vide humilitatem meà, & eripe me: ✲ quia legem tuam non ſum oblitus.

Iudica iudicium meum, & redime me: ✲ propter eloquium tuum viuifica me.

Longe à peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.
Miſericordiæ tuæ multæ Dñe: ✲ ſecùdum iudicium tuum viuifica me.
Multi qui perſequuntur me, & tribulant me: ✲ à teſtimoniis tuis non declinaui.
Vidi preuaricantes, & tabeſcebam: ✲ quia eloquia tua non cuſtodierunt.
Vide quoniam mandata tua dilexi, Dñe: ✲ in miſericordia tua viuifica me.
Principium verborum tuorum veritas: ✲ in æternum omnia iudicia iuſtiæ tuæ.
PRincipes perſecuti ſunt me gratis: ✲ & à verbis tuis formidauit cor meum.
Lætabor ego ſuper eloquia tua: ✲ ſicut qui inuenit ſpolia multa.
Iniquitatem odio habui, & abomi-

natus sum: ✲ legem autem tuã dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi, ✲ super iudicia iustitiæ tuæ.
Pax multa diligentibus legem tuam: ✲ & non est illis scandalum.
Expectabam salutare tuum Domine: ✲ & mandata tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimonia tua: ✲ & dilexit ea vehementer.
Seruaui mandata tua, & testimonia tua: ✲ quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.
Approquinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: ✲ iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.
Intret postulatio mea in conspectu tuo: ✲ secundum eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum, ✲ cũ docueris me iustificationes tuas.

Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua æquitas.

Fiat manus tua, vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi.

Concupiui ſalutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea eſt.

Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

Erraui ſicut ouis, quæ periit: quære ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.

In Aduentu feriatibus dicas. Antiphona.

In tuo Aduentu erue nos Domine.

Dominicis diebus ab Oct. Epiph. vſque ad Sept. & à Feſto SS. Trinit. vſque ad Aduent. Añ.

Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipſi gloria in ſęcula.

Feriatibus autem dicas ab Oct. Epiph. vſque ad Domin. j. Quadrag. exclusiue, & ab Oct. Trin.

vſ-

[illegible] Antiphona.

Aspice in me Domine, & miserere me i.

Ferialibus diebus post i. Domin. Quadrag. vsq; ad Domin. in Passione exclusiue. Antiphona.

Per arma iustiæ virtutis Dei, commẽdemus nosmetipsos in multa patiẽtia.

Ferialibus diebus post Domin. in Passione vsq; ad Cœnam Dñi exclusiue. Antiphona.

Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ.

Tempore Paschali tam Domin. quam ferialibus diebus à Feria ij. post Oct. Paschę vsque ad Ascẽ. Aña. Noli flere Maria, alleluia, resurrexit Dominus, alleluia.

INCIPIVNT PSALMI VESPERARṼ

DOMINICIS DIEBVS

Psalmus 109.

pi-

DIxit Dominus Domino meo:
Sede à dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos,
* ſcabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tuæ emittet Domin' ex Sion: * dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum: * ex vtero ante luciferum genui te.
Iurauit Dñs, & non pœnitebit eum: * Tu es ſacerdos in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedech.
Dominus à dextris tuis, * confregit in die iræ ſuæ reges.
Iudicabit in nationibus, implebit ruinas * conquaſſabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibet: * propterea exaltabit caput.

Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo: ✲ in conſilio iuſtorũ, & congregatione.

Magna opera Domini: ✲ exquiſita in omnes voluntates eius.

Confeſſio & magnificentia opus eius: ✲ & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator Dominus: ✲ eſcam dedit timentibus ſe.

Memor erit in ſæculum teſtamenti ſui: ✲ virtutem operum ſuorum, annunciabit populo ſuo.

Vt det illis hæreditatem gentium: ✲ opera manuum eius veritas, & iudicium.

Fidelia omnia mandata eius: confir-

mata in sæculum sæculi, facta in ve-
ritate & æquitate.
Redemptionem misit populo suo:
mandauit in æternum testamentũ suũ.
Sanctum, & terribile nomen eius: ✲ i-
nitium sapientiæ timor Domini.
Intellectus bonus omnibus facienti-
bus eum: ✲ laudatio eius manet in sæ-
culum sæculi. *Antiphona.*
Fidelia omnia mandata eius, confir-
mata in sæculum sæculi.
BEatus vir, qui timet Dominum: ✲
in mandatis eius volet nimis.
Potens in terra erit semen eius: ✲ ge-
neratio rectorum benedicetur.
Gloria, & diuitiæ in domo eius: ✲ &
iustitia eius manet in sæculũ sæculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis:
✲ misericors, & miserator, & iustus.
Iucundus homo qui miseretur, & cõ-

mo-

modat, disponet sermones suos in iudicio: quia in æternum non commouebitur.

In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

Paratum cor eius sperare in Domino, confirmatum est cor eius: non commouebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi, cornu eius exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & irascetur, dentib' suis fremet, & tabescet: desiderium peccatorum peribit. *Antiph.*

In mandatis eius cupit nimis.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, ex hoc, nunc, & vsque in sæculum.

A ſolis ortu, vſque ad occaſum: laudabile nomen Domini.
Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, * & ſuper cælos gloria eius.
Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, * & humilia reſpicit in cælo, & in terra.
Suſcitans à terra inopem, * & de ſtercore erigens pauperem.
Vt collocet eum cum principibus, * cũ principibus populi ſui.
Qui habitare facit ſterilem in domo, * matrem filiorum lætantem. Añ.
Sit nomen Dñi benedictum in ſęcula.
IN exitu Iſrael de Ægypto, * domus Iacob de populo barbaro.
Facta eſt Iudęa ſanctificatio eius: * Iſrael poteſtas eius.
Mare vidit, & fugit: * Iordanis conuerſus eſt retrorſum.

Montes exultauerunt vt arietes:
& colles ſicut agni ouium.
Quid eſt tibi mare quod fugiſti? & tu Iordanis, quia conuerſus es retrorſum?
Montes exultaſti ſicut arietes, & colles ſicut agni ouium.
A facie Domini mota eſt terra, à facie Dei Iacob.
Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.
Non nobis Domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam.
Super miſericordia tua, & veritate tua: ne quando dicant gentes: vbi eſt Deus eorum?
Deus autem noſter in cælo: omnia quæcumque voluit, fecit.
Simulachra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum.

Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.
Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt.
Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: ✲ nõ clamabunt in gutture suo.
Similes illis fiant qui faciunt ea: ✲ & õnes qui confidunt in eis.
Domus Israel sperauit in Domino: ✲ adiutor eorum, & protector eorũ est.
Domus Aaron sperauit in Domino: ✲ adiutor eorum, & protector eorũ est.
Qui timent Dominum, sperauerunt in Domino: ✲ adiutor eorum & protector eorum est.
Dominus memor fuit nostri: ✲ & benedixit nobis.
Benedixit domui Israel: ✲ benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus, qui timent Dominum, pusillis cum maioribus.
Adiiciat Dominus super vos: * super vos, & super filios vestros.
Benedicti vos à Domino, * qui fecit cælum, & terram.
Cælum cæli Domino: * terram autem dedit filiis hominum.
Non mortui laudabunt te Domine: * neque omnes, qui descendunt in infernum.
Sed nos, qui viuimus benedicimus Domino, * ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Antiphona.

Nos qui viuimus, benedicimus Dño.

Tempore Paschali super omnes Psal. Añ.

Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

FERIA SECVNDA

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus * vocem orationis meæ.

Quia inclinauit aurem suam mihi:
& in diebus meis inuocabo.
Circumdederunt me dolores mortis: ✲ & pericula inferni inuenerũt me.
Tribulationem & dolorem inueni: ✲
& nomem Domini inuocaui.
O Domine libera animam meam: ✲
misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.
Custodiens paruulos Dominus: ✲ humiliatus sum, & liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuam: ✲ quia Dñs benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte: ✲ oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.
Placebo Domino ✲ in regione viuorum.

Antiphona.

Inclinauit Dñs aurè suâ mihi.
Et Redidi, propter quod locutus

sũ

sum: ✲ ego autem humiliatus sũ nimis.
Ego dixi in excessu meo: ✲ Omnis homo mendax.
Quid retribuam Domino, ✲ pro omnibus, quæ retribuit mihi?
Calicem salutaris accipiam: ✲ & nomẽ Domini inuocabo.
Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: ✲ pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.
O Domine quia ego seruus tuus: ✲ ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.
Dirupisti vincula mea: ✲ tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.
Vota mea Domino reddam in conspectu populi eius: ✲ in atrijs domus Domini, in medio tui Ierusalem. Antiphona.
Credidi, propter quod locutus sum.
Laudate Dominum omnes Gentes: ✲

laud

laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius:* & veritas Domini manet in æternum. *Antipho.*

Laudate Dominum omnes gentes.

AD Dominum cum tribularer clamaui:* & exaudiut me.

Domine libera animam meam à labijs iniquis,* & à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi:* ad linguam dolosam.

Sagittæ potentis acutæ,* cum carbonibus desolatorijs.

Heu mihi, quia incolatus meus prolõgatus est:* habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus:* cum loquebar illis, impugnabant me gratis. *Antipho.*

Clamaui, & exaudiuit me.

Le-

LEuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino,* qui fecit cælum & terram.

Non det in cõmotionem pedem tuũ:* neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet,* qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua,* super manum dexterã tuam.

Per diem sol non vret te:* neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo:* custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum:* ex hoc nunc & vsq; in sęculum. *Antiphona.*

Auxilium meũ à Dño. *Temp. Pasc.* Allel.

Ad Magnificat. Añã.

Magnificat anima mea Dominum.

FE

LÆtatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * in domum Domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Ierusalem.
Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas: * cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus tribus Domini: * testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.
Qia illic sederunt sedes in iudicio, * sedes super domum Dauid.
Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem, * & abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: * & abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos, & proximos meos, * loquebar pacem de te.
Propter domum Domini Dei nostri, * quæsiui bona tibi. *Antiphona.*
In domum Domini lætantes ibimus.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis.

Ecce ſicut oculi ſeruorum, ✲ in manib' dominorum ſuorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominę ſuæ: ✲ ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri Domine, miſerere noſti: ✲ quia multum repleti ſumus deſpectione.

Quia multum repleta eſt anima noſtra: ✲ opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis. *Antiphona.*

Qui habitas in cælis, miſerere nobis.

NIſi quia Dominus erat in nobis dicat nunc Iſrael: ✲ niſi quia Domin' erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos, ✲ forte viuos deglutiſſent nos.

Cum iraſceretur furor eorum in nos, ✲

for-

forſitam aqua abſorbuiſſet nos.
Torrentem pertranſiuit anima noſtra:
℣ forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.
Benedictus Dominus,℣ qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.
Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt:℣ de laqueo venantium.
Laqueus contritus eſt,℣ & nos liberati ſumus.
Adiutorium noſtrum in nomine Domini,℣ qui fecit cælum & terram.
℟. Añ. Adiutoriũ noſtrũ in nomine Dñi.
QVi confidunt in Dño ſicut mons Sion:℣ non commouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem.
Montes in circuitu eius:℣ & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.
Quia non relinquet Dominus virgam

pec-

peccatorum ſuper ſortem iuſtorum:
vt non extendant iuſti ad iniquitatem
manus ſuas.

Benefac Domine bonis, ✲ & rectis cor. e.

Declinantes autem in obligationes,
adducet Dominus cum operantibus
iniquitatem: ✲ pax ſuper Iſrael. Añ.

Benefac Dñe bonis & rectis corde.

IN conuertendo Dominus captiui-
tatem Sion: ✲ facti ſumus ſicut cō-
ſolati.

Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum: ✲
& lingua noſtra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: ✲ Magnifica-
uit Dominus facere cum eis.

Magnificauit Dominus facere nobiſcū:
✲ facti ſumus lætantes.

Conuerte Domine captiuitatem noſ-
tram, ✲ ſicut torrens in Auſtro.

Qui ſeminant in lacrymis, ✲ in exulta-
tio-

tione metent:
Euntes ibant, & flebant, mittentes
ſemina ſua.
Venientes autem venient cum exulta-
tione,* portantes manipulos ſuos.
Añ. Facti ſumus ſicut conſolati.
Ad Magnif. Añ. Exultauit ſpiritus me-
us in Deo ſalutari meo.

FERIA QVARTA

NIſi Dominus ædificauerit domũ,*
in vanum laborauerunt qui ædi-
ficant eam.
Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem,*
fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.
Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere:
*ſurgite poſtquam ſederitis, qui mã-
ducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis ſuis ſomnum:*
ecce hæreditas Domini: filij meres fru-
ctus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſsorum.

Beatus vir qui impleuit deſideriũ ſuum ex ipſis:* non confundetur, cum loquetur inimicis ſuis in porta. *Antiph.*

Beatus vir, qui impleuit deſideriũ ſuũ.

BEati omnes, qui timent Dominũ:* qui ambulant in vijs eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis:* beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abundans,* in lateribus domus tuæ.

Filij tui ſicut nouellæ oliuarum,* in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo,* qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion:* & videas bona Ieruſalem omnibus dieb' vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum,* pa-

cē

cem ſuper Iſrael.

Beati omnes, qui timent Dominum.

SÆpe expugnauerunt me à iuuentute mea,* dicat nunc Iſrael.

Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea:* etenim non potuerunt mihi.

Supra dorſum meum fabricauerũt peccatores;* prolongauerũt iniquitatẽ ſuã.

Dominus iuſtus concidit ceruices peccatorum:* confundantur, & conuertãtur retrorſum ònes, qui oderũt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectorũ:* quod priuſquam euellatur, exaruit.

De quo non impleuit manum ſuam q metit,* & ſinum ſuum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini ſuper vos:* benediximus vobis in nomine Domini. Aũ.

Benediximus vobis in nomine Dñi.

De

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocē meam. ✲ fiant aures tuæ intendentes: ✲ in vocē deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris Domine: ✲ Domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: ✲ & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ✲ ſperauit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctē: ✲ ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia: ✲ & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael, ✲ ex omnibus iniquitatibus eius.

Antiphona.

De profundis clamaui ad te Domine.

DOmine non eſt exaltatum cor meum: ✲ neque elati ſunt oculi mei.

Neque ambulaui in magnis: ✲ neque ī

mi-

mirabilibus ſuper me.
Si non humiliter ſentiebam: ſed exal-
taui animam meam.
Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua,
ita retributio in anima mea.
Speret Iſrael in Domino, ✲ ex hoc nunc
& vſque in ſæculum. *Antiphona.*
Speret Iſrael in Domino. *Ad Magnif.*
Reſpexit humilitatem meam Domine
Deus meus.

FERIA QVINTA

MEmento Domine Dauid, ✲ & ōnis
manſuetudinis eius.
Sicut iurauit Domino, ✲ votum vouit De-
o Iacob.
Si introiero in tabernaculum domus me-
æ, ✲ ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.
Si dedero ſomnum oculis meis, ✲ & pal-
pebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis: donec ī-

ueniã locum Dño, tabernaculũ Deo lacõ b.
Ecce audiuimus eam in Ephata: inuenimus eam in campis ſyluæ.
Introibimus in tabernaculum eius: * adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.
Surge Domine in requiem tuam, * tu & arca ſanctificationis tuæ.
Sacerdotes tui induantur iuſtitiam: * & ſancti tui exultent.
Propter Dauid ſeruum tuum, * non auertas faciem Chriſti tui.
Iurauit Dominus Dauid veritatem, & nõ fruſtrabitur eum: * de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.
Si cuſtodierint filij tui teſtamentũ meum, * & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos.
Et filij eorum vſque in ſæculum, * ſedebunt ſuper ſedem tuam.

Quo-

Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.
Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam:* pauperes eius saturabo panibus.
Sacerdotes eius induam salutari:* & sancti eius exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu Dauid,* paraui lucernam Christo meo.
Inimicos eius induam confusione:* super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Añ. Et ōnis mansuetudinis eius.
Ecce quam bonum, & quam iucundum:* habitare fratres in vnum.
Sicut vnguentum in capite,* quod descendit in barbam, barbam Aaron.
Quod descendit in oram vestimenti eius:* sicut ros Hermon, qui descēdit in montem Sion.

Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsq; in sæculũ.

Ecce quam bonum, & quam iucũ ũ.

LAudate nomen Domini,* laudate serui Dominum.

Qui statis in domo Domini,* in atrijs domus Dei nostri.

Laudate Dominũ, quia bonus Dn̄s:* psallite nomini eius, quoniam suaue.

Quoniam Iacob elegit sibi Dominus* Israel in possessionem sibi.

Quia ego cognoui quod magnus est Dn̄s,* & Deus noster præ ōnibus Dijs.

Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cælo, & in terra,* in mari, & in ōnibus abyssis.

Educens nubes ab extremo terræ,* fulgura in pluuiam fecit.

Qui producit ventos de thesauris suis:* qui percussit primogenita Ægypti

ab homine vsq; ad pecus.

Et misit signa, & prodigia in medio tui Ægypte: * in Pharaonem, & in omnes seruos eius.

Qui percussit gentes multas: * & occidit reges fortes.

Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan, * & omnia regna Chanaan.

Et dedit terram eorum hæreditatem, * hæreditatem Israel populo suo.

Domine nomen tuum in æternum: * Domine memoriale tuum in generatione & generationem.

Quia iudicabit Dominus populum suum: * & in seruis suis deprecabitur.

Simulachra Gentium argentum, & aurum, * opera manuum hominum.

Os habent, & non loquentur: * oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient: * neque

enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.
imiles illis fiant qui faciunt ea: & omnes, qui confidunt in eis.
Domus Iſrael benedicite Dñō: dom⁹ Aaron benedicite Domino.
Domus Leui benedicite Dñō: qui timetis Dñm benedicite Domino.
Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ieruſalem. *Antiphona.*
Omnia quæcumque voluit Dñs fecit.
Confitemini Dñō quoniam bonus: quoniam in æternū miſericordia ei⁹.
Confitemini Deo Deorum: quoniā.
Confitemini Dñō dominorum: quo.
Qui facit mirabilia magna ſolus: quo.
Qui fecit cælos in intellectu: quoni.
Qui firmauit terram ſuper aquas: quo.
Qui fecit luminaria magna: quoniā.
Solem in poteſtatem diei: quoniam.
Lunam, & ſtellas in poteſtatē noctis:

Qui percussit Ægyptũ cũ primogenitis eorum: quoniam.
Qui eduxit Israel de medio eorũ: quo.
In manu potenti, & brachio excelso: q.
Qui diuisit mare rubrũ in diuisiones:*
Et eduxit Israel per medium eius:* q.
Et excussit Pharaonem, & virtutem eius in Mari rubro:* quoniam.
Qui traduxit populum suũ per desertum:* quoniam.
Qui percussit reges magnos:* quoniã.
Et occidit reges fortes:* quoniã.
Sehon regem Amorrhæorum:* quo.
Et Og regem Basan:* quoniam.
Et dedit terram eorũ hæreditatẽ:* q. in æternum.
Hæreditatem Israel seruo suo:* quon.
Quia in humilitate nr̃a memor fuit nr̃i:*
Et redemit nos ab inimicis nostris:* q.
Qui dat escam omni carni:* quoniã.

Cõ-

Confitemini Deo cæli: quoniam.
Confitemini Domini dominorũ: qu.
Quoniam in æternum misericordia eius.

SVper flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus: * cũ recordaremur Sion.
In salicibus in medio eius, * suspendim' organa nostra.
Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, * verba cantionũ.
Et qui abduxerunt nos: * Hymnum cãtate nobis de canticis Sion.
Quomodo cantabimus canticum Domini * in terra aliena.
Si oblitus fuero tui Ierusalem, * obliuioni detur dextera mea.
Adhæreat lingua mea faucibus meis, * si non meminero tui.
Si non proposuero Ierusalem, * in princi-

pi-

pio lætitiæ meæ.

Memor esto Domine filiorũ Edom, in die Ieruſalem.

Qui dicunt: exinanite, exinanite* vſque ad fundamentum in ea.

Filia Babylonis miſera:* beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quã retribuiſti nobis.

Beatus, qui tenebit,* & allidet paruulos tuos ad petram. *Antiphona.*

Hymnũ cantate nobis de canticis Sion.

Ad Magnif. Antiph.

Depoſuit potentes ſanctos perſequentes: & exaltauit humiles Chriſtũ cõfitẽtes.

FERIA SEXTA

COnfitebor tibi Domine in toto corde meo:* quoniam audiſti verba oris mei.

In conſpectu Angelorum pſallam tibi:* adorabo ad templum ſanctũ tuum, &

cõ-

confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, & veritate tua: quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis Domini: quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: & alta à longe cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manũ tuam, & salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: Domi-

ne misericordia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne despicias.

In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

DOmine probasti me, & cognouisti me: * tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longè: * semitam meam, & funiculum meum inuestigasti.

Et omnes vias meas præuidisti: * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Domine tu cognouisti omnia nouissima, & antiqua: * tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: * confortata est, & non potero ad eam.

Quo ibo à spiritu tuo? * & quo à facie tua fugiam?

Si ascendero in cælum, tu illic es: * si de-

ſcendero in infernum, ades.
Si ſumpſero pennas meas diluculo,
& habitauero in extremis maris.
Etenim illuc manus tua deducet me:*
& tenebit me dextera tua.
Et dixi: Forſitan tenebræ conculcabũt
me:* & nox illuminatio mea in deliciis
meis.
Quia tenebræ non obſcurabuntur
à te, & nox ſicut dies illuminabitur:* ſi-
cut tenebræ eius, ita & lumen eius.
Quia tu poſſediſti renes meos:* ſuſce-
piſti me de vtero matris meæ.
Confitebor tibi quia terribiliter ma-
gnificatus es:* mirabilia opera tua, &
anima mea cognoſcit nimis.
Non eſt occultatum os meum à te, quod
feciſti in occulto:* & ſubſtantia mea ĩ
inferioribus terræ.
Imperfectum meum viderunt oculi tu-

i, & in libro tuo omnes ſcribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: * nimis confortatus eſt principatus eorum.

Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur: * exurrexi, & adhuc ſum tecum.

Si occideris Deus peccatores: * viri ſãguinum declinate à me.

Quia dicitis in cogitatione: * Accipiẽt in vanitate ciuitates tuas.

Nonne qui oderunt te Dñe, oderam: * & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?

Perfecto odio oderam illos: * & inimici facti ſunt mihi.

Proba me Deus, & ſcito cor meum: * interoga me, & cognoſce ſemitas meas.

Et vide, ſi via iniquitatis in me eſt: * & deduc me in via æterna. *Antiph.*

Do-

omine probasti me, & cognouisti me.
Ripe me Domine ab homine malo:
à viro iniquo eripe me.
Qui cogitauerunt iniquitates in cor-
de: * tota die constituebàt prælia.
Acuerunt linguas suas sicut serpentis:
* venenum aspidum sub labiis eorum.
Custodi me Dñe de manu peccatoris: *
& ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitauerunt supplantare gressus
meos: * absconderũt superbi laqueum
mihi.
Et funes extenderunt in laqueũ: * iux-
ta iter scandalũ posuerunt mihi.
Dixi Dño: Deus meus es tu: * exaudi
Domine vocem deprecationis meæ.
Domine, Dñe virtus salutis meæ: * obũ-
brasti super caput meũ in die belli.
Ne tradas me Domine à desiderio meo
peccatori: * cogitauerunt contra me, ne

de-

derelinquas me, ne forte exaltentur.
Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos.
Cadent super eos carbones, in ignē deiicies eos: in miseriis nō subsistēt.
Vir linguosus non dirigetur in terra: virū iniustū mala capient in interitu.
Cognoui quia faciet Dominus iudiciū inopis: & vindictam pauperum.
Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

Antiphona.

A viro iniquo libera me Domine.

DOmine clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, cū clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea sicut incensū in conspectu tuo: eleuatio manuū mearum sacrificium vespertinum.
Pone Domine custodiam ori meo:

& oſtiũ circumſtantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem: ✲ & non communicabo cũ electis eorum.

Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: ✲ oleo autem peccatoris nõ impinguet caput meum.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: ✲ abſorti ſunt iũcti petræ iudices eorum.

Audient verba mea quoniam potuerunt: ✲ ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram.

Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus īfernũ: quia ad te Dñe, Dñe oculi mei: ✲ in te ſperaui, nõ auferas animã meã.

Cuſtodi me à laqueo, quẽ ſtatuerũt

mihi: * & à ſcandalis operantiũ iniquitatẽ.
Cadent in retiaculo eius peccatores:
ſingulariter ſum ego donec tranſeam.
Añ. Dñe clamaui ad te, exaudi me.
VOce mea ad Dominũ clamaui: * voce mea ad Dñm deprecatus ſum.
Effundo in conſpectu eius orationẽ meam: * & tribulationem meam ante ipſum pronuncio.
In deficiendo ex me ſpiritum meum, *
& tu cognouiſti ſemitas meas.
In via hac, qua ambulabam, * abſconderunt laqueum mihi.
Conſiderabam ad dexteram, & videbam: * & non erat qui cognoſceret me.
Periit fuga à me, * & non eſt qui requirat animam meam.
Clamaui ad te Dñe, * dixi: Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuẽtium.
Intende ad deprecationem meam: *

quia humiliatus sum nimis.

Libera me à persequentibus me: quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: * me expectant iusti, donec retribuas mihi.

Añ. Portio mea Dñe sit in terra viuẽtium. *Ad Magnif. Antiph.*

Suscepit Deus Israel puerum suum, sicut locutus est Abraham, & semini eius: & exaltauit humiles vsq; in sęculũ.

SABBATO

BEnedictus Dñs Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, * & digitos meos ad bellum.

Misericordia mea, & refugium meũ: * susceptor meus, & liberator meus.

Protector meus, & in ipso speraui: * qui subdit populum meũ sub me.

Domine quid est homo, quia innotu-

isti ei? ✲ aut filius hominis, quia reputas eum?

Homo vanitati similis factus est: ✲ dies eius sicut vmbra prætereunt.

Domine inclina cælos tuos, & descēde: ✲ tange montes, & fumigabunt.

Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: ✲ emitte sagittas tuas, & cōturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto, eripe, & libera me de aquis multis: ✲ de manu filiorum alienorum.

Quorum os locutum est vanitatem: ✲ & dextera eorū, dextera iniquitatis.

Deus canticum nouū cantabo tibi: ✲ in psalterio, decachordo psallam tibi.

Qui das salutem regibus, qui redemisti Dauid seruū tuum: ✲ de gladio maligno eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorū

rum, quorum os locutum eſt vanitatẽ:
& dextera eorum, dextera iniquitatis.
Quorum filii, ſicut nouellæ plantationes * in iuuentute ſua.
Filiæ eorum compoſitæ: * circumornatæ vt ſimilitudo templi.
Promptuaria eorum plena, * eructantia ex hoc in illud.
Oues eorum fœtoſæ, abuntes in egreſſibus ſuis: * boues eorum craſſæ.
Non eſt ruina maceriæ neque tranſitus: * neque clamor in plateis eorum.
Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt: * beatus populus, cuius Dominus Deus eius.

Antiphona.

Benedictus Dominus Deus meus.
EXaltabo te Deus meus rex: * & benedicam nomini tuo in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.
Per ſingulos dies benedicam tibi: * &

laudabo nomen tuum in ſęculum, & in
ſæculum ſæculi.
Magnus Dñs & laudabilis nimis: ✲ &
magnitudinis eius non eſt finis.
Generatio, & generatio laudabit ope-
ra tua: ✲ & potentiam tuà pronũciabũt.
Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tu-
æ loquentur: ✲ & mirabilia tua narrabunt.
Et virtutem terribilium tuorum dicẽt:
✲ & magnitudinem tuam narrabunt.
Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ
eructabunt: ✲ & iuſtitia tua exultabũt.
Miſerator & miſericors Dñs: ✲ patiens,
& multum miſericors.
Suauis Dñs vniuerſis: ✲ & miſeratio-
nes eius ſuper omnia opera eius.
Confiteantur tibi Dñe omnia opera
tua: ✲ & ſancti tui benedicant tibi.
Gloriam regni tui dicent: ✲ & potẽtiã
tuam loquentur.

Vt notam faciant filiis hominum potẽtiam tuam: ✲ & gloriam magnificentiæ regni tui.

Regnum tuum regnum omnium ſęculorum: ✲ & dominatio tua in omni generatione & generationem.

Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis: ✲ & ſanctus in ōnibus operib⁹ ſuis.

Alleuat Dominus omnes, qui corruũt: ✲ & erigit omnes eliſos.

Oculi omnium in te ſperant Domine: ✲ & tu das eſcam illorum in tempore opportuno.

Aperis tu manum tuam: ✲ & imples ōne animal benedictione.

Iuſtus Dominus in omnibus viis ſuis: ✲ & ſanctus in omnibus operibus ſuis.

Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum: ✲ omnibus inuocantibus eũ in veritate.

Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet: & saluos faciet eos.

Custodit Dñs omnes diligentes se: & omnes peccatores disperdet.

Laudationem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini sancto eius in sæculum, & in sæculum sæculi.

Antiphona.

In æternum, & in sæculum sæculi.

LAuda anima mea Dominum, laudabo Dñm in vita mea: psallã Deo meo: quandiu fuero.

Nolite confidere in principibus: in filiis hominum, in quibus non est sal'.

Exhibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus, cuius Deus Iacob adiutor ei', spes eius in Domino Deo ipsius: qui

fe-

fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in sæculum, facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus.

Dominus soluit compeditos: Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos, Dominus diligit iustos.

Dominus custodit aduenas, pupillũ, & viduam suscipiet: & vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dominus in sæcula Deus tuus Sion, in generationem, & generationem.

Antiphona.

Laudabo Deum meum in vita mea.

LAudate Dominum quoniam bonus est psalmus: Deo nostro sit iucũda, decoraque laudatio.

Edificans Ierusalem Dominus: dissio-

siones Israelis congregabit.
Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.
Qui numerat multitudinem stellarũ: ✲ & omnibus eis nomina vocat.
Magnus Dominus noster, & magna virtus eius: ✲ & sapientiæ eius non est numerus.
Suscipiens mansuetos Dñs: ✲ humilians autem peccatores vsque ad terrã.
Præcinite Domino in confessione: ✲ psallite Deo nostro in cithara.
Qui operit cælum nubibus: ✲ & parat terræ pluuiam.
Qui producit in montibus fœnũ: ✲ & herbam seruituti hominum.
Qui dat iumentis escam ipsorum: ✲ & pullis coruorum inuocantibus eũ.
Non in fortitudine equi voluntatem habebit: ✲ nec in tibiis viri beneplacitũ

tum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timẽtes eum: * & in eis qui sperant super misericordia eius.

Antiphona.

Deo nostro iucunda sit laudatio.

LAuda Ierusalem Dominum: * lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortauit seras portarũ tuarum: * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: * & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: * velociter currit sermo eius.

Qui dat niuem sicut lanam: * nebulã sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: * ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: * flauit spiritus eius, & fluent aquę.

Qui annunciat verbum suum Iacob: iustitias, & iudicia sua Israel.
Non fecit taliter omni nationi: * & iudicia sua non manifestauit eis. Ant. Lauda Ierusalem Dominum. *Temp. Paschali* Ant. Alleluia, alleluia, alleluia.

HYMNI
DE TEMPORE
PER ADVENTV̄
Ad Veſperas.

Hymnus.

COnditor alme ſiderum, æterna lux credentium: Chriſte Redemptor omnium, exaudi preces ſupplicum.

Qui condolens interitu mortis perire ſæculum, ſaluaſti mundum languidū, donans eis remedium.

Vergente mundi veſpere, vti ſponſus de thalamo egreſſus honeſtiſſima virginis matris clauſula.

Cuius forti potentiæ genu curuantur omnia, cœleſtia, terreſtria, nutu fatētur ſubdita.

Te deprecamur agie, venture iudex ſęcu-

culi, conſerua nos in tempore, hoſtis à telo perfidi.

Laus, honor, virtus, gloria Deo Patri, & Filio, ſancto ſimul Paraclito, in ſempiterna ſæcula. Amen.

Ad Matutinũ.

VErbum ſupernum prodiens, à Patre olim exiens, qui natus orbi ſubuenis, curſu decliui temporis.

Illumina nunc pectora, tuoque amore concrema; audito vt preconio ſint pulſa tandem lubrica.

Iudexque cum poſt aderis, rimari facta pectoris, reddens vicem pro abditis, iuſtiſque regnum prò bonis.

Non demum arctemur malis, prò qualitate criminis: ſed cum beatis compotes, ſimus perennes cælibes.

Laus, honor, virtus, &c.

In Laudibus.

VOx clara ecce intonat, obſcura quæque increpat: pellantur eminus ſomnia, ab æthere Chriſtus promicat.

Mens iam reſurgat torpida, quæ ſorde extat ſaucia: ſidus refulgæt iã nouum, vt tollat omne noxium.

Eſurſum Agnus mittitur, laxare gratis debitum: omnes prò indulgentia vocem demus cum lacrymis.

Secundo vt cum fulſerit, mundumq; horror cinxerit: non pro reatu puniat, ſed pius nos tũc protegat.

Laus, honor, virtus, &c.

IN VIG. NATIV. DÑI.
Ad Matutinũ.

VErbum ſupernum prodiens, à Patre olim exiens, qui natus orbi ſubuenis curſu decliui temporis.

Illumina nunc pectora, tuoque amo-

re concrema, audito vt præconio sint pulsa tandem lubrica.

Iudexque cum post aderis, rimari facta pectoris: reddens vicem pro abditis, iustisque regnum pro bonis.

Non demum arctemur malis, pro qualitate criminis: sed cum beatis compotes, simul perennes cęlibes.

Laus, honor, &c.

In Laudibus.

VOx clara, vt supra.

IN NATIVIT. DÑI.

Ad Vesperas.

VEni Redemptor Gentium, ostẽde partum Virginis; miretur omne sæculum, talis decet partus Deum.

Non ex virili semine, sed mystico spiramine verbum Dei factum caro, fructusque ventris floruit.

Aluus tumescit Virginis, claustra pudo-

doris permanent, vexilla virtutum micant, versatur in templo Deus.

Procedens de thalamo suo, pudoris aula regia geminę gigas substantiæ, alacris vt currat viam.

Egressus eius à Patre, regressus eius ad Patrem: excursus vsque ad inferos, recursus ad sedem Dei.

Æqualis æterno Patri, carnis trophæo accingere: infirma nostri corporis virtute firmans perpeti.

Præsepe iam fulget tuum, lumenque nox spirat nouum, quod nulla nox interpolet, fideque iugi luceat.

Gloria tibi Domine, &c.

Ad Matutinum.

CHriste Redemptor omnium, ex Patre Patris Vnice: solus ante principium natus ineffabiliter.

Tu Lumen, tu splendor Patris, tu spes pe-

perennis omnium: intende quas fundunt preces tui per orbem famuli.

Memento salutis auctor, quod nostri quondam corporis, ex illibata Virgine nascendo formam sumpseris.

Sic præsens testatur dies, currens per anni circulum: quod solus à sede Patris mundi salus adueneris.

Hunc cælum, terra, hunc mare, hunc õne quod in eis est, auctorem aduentus tui laudans exultat cantico.

Nos quoque qui sancto tuo redempti sanguine sumus, ob diem natalis tui, hymnum nouum concinimus.

Gloria tibi Domine, &c.

DOMIN. INFRA OCT. NAT.

In Laudibus.

Solis ortus cardine ad vsque terræ limitem: Christum canamus principem, natum Maria Virgine.

Beatus auctor sæculi, seruile corpus induit: vt carne carnem liberans, ne perderet quos condidit.

Castæ parentis viscera cælestis intrat gratia: venter puellæ baiulat, secreta quæ non nouerat.

Domus pudici pectoris templum repentè fit Dei: intacta nescius virum, verbo concepit filium.

Enixa est puerpera, quem Gabriel prædixerat, quem matris aluo gestiens, clausus Ioannes senserat.

Fœno iacere pertulit, præsepe non abhorruit, paruoque lacte pastus est, p quem ncc ales esurit.

Gaudet chorus cælestium, & Angeli canunt Deo: palamque fit pastoribus, pastor creator omnium.

Gloria tibi Domine, &c.

IN EPIPHAN. DNI.

Ad Vesperas.

HOstis Herodes impiè, Christum venire quid times? non eripit mortalia, qui regna dat cælestia.

Ibant Magi, quam viderant, stellã sequentes præuiam: lumen requirunt lumine, Deum fatentur munere.

Lauacra puri gurgitis cælestis Agnus attigit: peccata, quæ non detulit, nos abluendo sustulit.

Nouum genus potentiæ, aquæ rubescunt hydriæ, vinumque iussa fundere mutauit vnda originem.

Gloria tibi Domine, qui apparuisti hodie, cum Patre, &c.

In Laudibus.

A Patre Vnigenitus ad nos venit ꝑ Virginem: baptisma Cruce consecrans, cunctos fideles generans.

De cælo celsus prodiit, excepit for-

mã

mam hominis: facturam morte redimens, gaudia vitæ largiens.

Hoc te Redemptor quæsumus, illabere propitius, clarumque nostris sensibus lumen præbe fidelibus.

Manè nobiscum Domine, noctem obscuram remoue: omne delictum ablue, piam medelam tribue.

Quem iam venisse nouimus, redire itẽ credimus, sub sceptro tuo inclyto tuũ defende populum.

Gloria tibi Domine, qui apparuisti hodie, cum Patre, &c.

DOMINICA j. POST OCT. EPI.ę

In j. Vesperis.

O Lux beata Trinitas, & principalis vnitas: iam sol recedit igneus, infunde lumen cordibus.

Te mane laudum carmine, te deprecemur vesperè: te nostra supplex gloria

per

per cuncta laudet ſæcula.

Deo Patri ſit gloria, eiuſque ſoli Filio. cum Spiritu paraclito & nunc & in perpetuum. Amen.

Ad Completoriũ.

TE lucis ante terminum rerũ creator poſcimus, vt ſolita clementia ſis præſul ad cuſtodiam.

Procul recedant ſomnia, & noctiũ phãtaſmata: hoſtemque noſtrum compri – me, ne polluantur corpora.

Præſta Pater omnipotens, per Ieſum Chriſtum Dominum, qui tecum in ꝑpetuum, regnat cum ſancto Spiritu.

Ad Matutinum.

NOcte ſurgentes vigilemus omnes ſemper in pſalmis meditemur, atque viribus totis Domino canamus dulciter hymnos.

Vt pio Regi pariter canentes, cũ ſuis

ſanctis mereamur aulam ingredi cæli, ſimul & beatam ducere vitam.

Præſtet hoc nobis Deitas beata Patris ac Nati pariterq; ſancti Spiritus, cui reboat in omni gloria mundo.

In Laudibus.

ECce iam noctis tenuatur vmbra, lucis aurora rutilans coruſcat, niſibus totis rogitemus omnes cuncti potentem.

Vt Deus noſter miſeratus, omnẽ pellat languorem, tribuat ſalutem, donet & nobis pietate Patris, regna polorum.

Præſtet hoc nobis, &c.

In ij. Veſperis.

LVcis creator optime, lucem dierum proferens, primordiis lucis nouę, mundi parans originem.

Qui mane iunctum veſperi diem vo-

cari præcipis, tetrum chaos illabitur, audi preces cum fletibus.

Ne mens grauata crimine, vitæ sit exul munere, dum nil perenne cogitat, seseque culpis illigat.

Cælorum pulset intimum, vitale tollat præmium, vitemus omne noxium, purgemus omne pessimum.

Præsta Pater piissime, &c.

DOMINICA j. QVADRA.

In j. Vesperis.

AVdi benigne conditor, nostras preces cum fletibus, in hoc sacro ieiunio fusas quadragenario.

Scrutator alme cordium, infirma tu scis virium, ad te reuersis exhibe remissionis gratiam.

Multum quidem peccauimus, sed parce confitentibus: ad laudem tui nominis. confer medelam languidis.

ic corpus extra conteri dona per abſti-
nentiam: ieiunet vt mens ſobria à labe
prorſus criminum.

Præſta beata Trinitas, concede ſimplex
Vnitas, vt fructuoſa ſint tuis ieiuniorũ
munera. Amen.

Ad Completoriũ.

CHriſte qui lux es & dies, noctis te-
nebras detegis: luciſque lumẽ cre-
deris, lumen beatum prędicans.

Precamur ſancte Domine, defende nos
in hac nocte: ſit nobis in te requies qui-
etam noctem tribue.

Ne grauis ſomnus irruat, nec hoſtis nos
ſurripiat, nec caro illi conſentiens, nos
tibi reos ſtatuat.

Oculi ſomnum capiant, cor ad te ſemper
vigilet: dextera tua protegat famulos,
qui te diligunt.

Defenſor noſter aſpice, inſidiantes re-

prime: guberna tuos famulos, [illegible]

[illegible] mercatus es.

Memento noſtri Domine, in graui iſto corpore: qui es defenſor animæ, adeſto nobis Domine.

Præſta Pater omnipotens, per Ieſum Chriſtum Dominum, qui tecum in perpetuum regnat cum ſancto Spiritu. A.

Ad Matutinum.

SVmmi largitor præmii, ſpes qui es vnica mundi, preces intende ſeruorum ad te deuote clamantium.

Noſtra te conſcientia graue offendiſſe monſtrat: quam emundes ſupplicamus ab omnibus piaculis.

Si rẽuis, quis tribuet? indulge quia potens es: te corde rogare mundo fac nos precamur Domine.

Ergo nunc accepta noſtrum qui ſacraſti ieiunium, quo myſticè Paſchalia ca-

capiamus ſacramenta.

Summa nobis hoc conferat in Deitate Trinitas, in qua gloriatur vnus, per cuncta ſecula Deus. Amen.

In Laudibus.

IAm Chriſte ſol iuſtitiæ, mentis dieſcant tenebræ, virtutum vt lux redeat, terris diem cum reparas.

Da tempus acceptabile, & pœnitẽs cor tribue: conuertat vt benignitas, quos longa ſuffert pietas.

Quiddamque pœnitentiæ da ferre, quãuis grauium, maiore tuo munere, quo demptio ſit criminum.

Dies venit dies tua, in qua reflorent õnia: lætemur in hac ad tuam per hanc reducti gratiam:

Te rerum vniuerſitas, clemens adoret Trinitas: & nos noui per veniam nouũ canamus canticum. Amen.

DOMINICA IN PASS
In j. Vesperis.

VExilla Regis prodeunt, fulget Crucis mysterium, quo carne carnis conditor suspensus est patibulo.

Quo vulneratus insuper mucrone diro lanceæ, vt nos lauaret crimine, manauit vnda & sanguine.

Impleta sunt quæ concinit Dauid fideli carmine, dicens, In nationibus regnauit à ligno Deus.

Arbor decora, & fulgida, ornata Regis purpura, electa digno stipite tam sancta membra tangere.

Beata, cuius brachiis secli pependit pretium, statera facta corporis, prædāque tulit tartari.

O Crux aue spes vnica, hoc passionis tempore, auge pijs iustitiam, reisque dona veniam.

e ſumma Deus Trinitas collaudet omnis ſpiritus: quos per Crucis myſteriũ ſaluas, rege per ſæcula. Amen.

Ad Matutinum.

PAnge lingua glorioſi prælium certaminis, & ſuper Crucis trophæum dic triumphum nobilem, qualiter Redẽptor orbis immolatus vicerit.

De parentis protoplaſti fraude factor condolens, quando pomi noxialis morſu in mortem corruit: ipſe lignum tũc notauit, damna ligni vt ſolueret.

Hoc opus noſtræ ſalutis ordo depoposcerat, multiformis proditoris ars vt artem falleret, & medelam ferret inde, hoſtis vnde lęſerat.

Quando venit ergo ſacri plenitudo temporis, miſſus eſt ab arce Patris natꝰ orbis Conditor: ac de ventre virginali, caro factus prodiit.

agit infans inter arcta conditus præ-
ſepia: membra pannis inuoluta Virgo
mater alligat, & manus, pedeſque, &
crura ſtricta cingit faſcia.

Gloria & honor Deo vſquequaque altiſ-
ſimo, vna Patri, Filioque, inclyto Para-
clito, cui laus eſt & poteſtas per æter-
na ſecula. Amen.

In Laudibus.

LVſtris ſex qui iam peractis, tempus
implens corporis, ſe volente, nat⁹
ad hoc, paſſioni deditus, Agnus in Cru-
ce leuatur immolandus ſtipite.

Hic acetum, fel, arundo, ſpina, claui, lã-
cea: mite corpus perforatur, ſanguis,
vnda profluit, terra, pontus, aſtra, mũ-
dus quo lauantur flumine.

Crux fidelis inter omnes arbor vna no-
bilis: nulla ſylua talem profert fronde,
flore, germine: dulce lignum, dulces

cla-

clauos dulce pondus ſuſtinet.

Flecte ramos arbor alta, tenſa laxa viſcera, & rigor lenteſcat ille, quem dedit natiuitas: vt ſuperni membra Regis miti tendas ſtipite.

Sola digna tu fuiſti ferre ſæcli pretiũ, atque portum præparare nauta mũdo naufrago: quem ſacer cruor perunxit, fuſus Agni corpore.

Gloria & honor Deo vſquequaque &c.

DOMINICA IN OCT. PASCHÆ.

In j. Veſperis.

AD cœnam Agni prouidi, & ſtolis albis candidi poſt tranſitum maris Rubri, Chriſto canamus principi.

Cuius corpus ſanctiſſmum, in ara Crucis torridum, cruore eius roſeo guſtando viuimus Deo.

Protecti Paſchæ veſpere à deuaſtante Angelo, erepti de duriſſimo Pharaonis

imperio.

Iam Pascha nostrum Christus est, qui immolatus Agnus est, sinceritatis azima, caro eius obata est.

O vere digna hostia, per quam fracta sunt tartara, redempta plebs captiuata, reddita vitæ præmia.

Consurgit Christus tumulo, victor redit de barathro, tyrannum trudens vinculo, & referans Paradisum.

Quæsumus auctor omnium in hoc Paschali gaudio, ab omni mortis impetu tuum defende populum.

Gloria tibi Domine, qui surrexisti &c.

Ad Completoriù.

IEsu nostra redemptio, amor, & desiderium, Deus creator omnium, homo in fine temporum.

Quæ te vicit clementia, vt ferres nostra crimina, crudelem mortem patiens, vt

nos à morte tolleres?

Inferni clauſtra penetrans, tuos captiuos redimens, victor triumpho nobili, ad dexteram Patris reſidens.

Ipſa te cogat pietas, vt mala noſtra ſuperes parcendo, & voti compotes nos tuo vultu ſaties.

Quæſumus auctor omnium, & c.

Gloria tibi Domine, & c.

Ad Matutinũ.

AVrora lucis rutilat, cœlum laudib' intonat, mundus exultans iubilat, gemens infernus vlulat.

Cum rex ille fortiſſimus mortis confractis viribus, pede conculcans tartara, ſoluit à pœna miſeros.

Ille qui clauſus lapide cuſtoditur ſub milite, triumphans pompa nobili victor ſurgit de funere.

Solutis iam gemitibus, & inferni dolo-

ribus, quia ſurrexit Dominus, reſplendens clamat Angelus.

Triſtes erant Apoſtoli de nece ſui Domini: quem pœna mortis crudeli ſerui damnarant impij..

Quæſumus auctor omnium, &c.

Gloria tibi Domine, &c.

In Laudibus.

SErmone blando Angelus prædixit mulieribus: in Galilæa Dominus videndus eſt quantocyus.

Illæ dum pergunt concitæ Apoſtolis hoc dicere, videntes eum viuere, oſculantur pedes Domini.

Quo agnito diſcipuli in Galilæam propere pergunt, videre faciem deſideratam Domini.

Claro Paſchali gaudio ſol mundo nitet radio, cum Chriſtum iam Apoſtoli viſu cernunt corporeo.

Ostensa sibi vulnera, in Christi carne fulgida, resurrexisse Dominum, voce fatẽtur publica.

Rex Christe clementissime, tu corda nostra possside: vt tibi laudes debitas reddamus omni tempore.

Quæsumus auctor omnium, &c.

Gloria tibi Domine, &c.

IN ASCENSIONE DN̄I.

Ad Vesperas.

ETerne Rex altissime, Redemptor & fidelium, quo mors soluta deperit, datur triumphus gratiæ.

Scandens tribunal dexteræ Patris, potestas omnium collata Iesu cœlitus, quæ non erat humanitus.

Vt trina rerum machina, cœlestium, terrestrium, & infernorum condita, flectãt genu iam subdita.

Tremunt videntes Angeli versa vice mor-

mortalium: culpat caro, purgat caro, regnat Deus, Dei caro.

Tu esto nostrum gaudium, qui es futurus præmium, sit nostra in te gloria, per cuncta semper sæcula.

Gloria tibi Dñe, qui scandis supra sidera, cum Patre & c.

In Laudibus.

TV Christe nostrum gaudium, manens olympo præditum: mundi regis qui fabricam, mundana vincès gaud.[a]

Hinc te precantes quæsumus, ignosce culpis omnibus, & corda sursum sublenua ad te superna gratia.

Vt cum repente cœperis clarere nube iudicis, pœnas repellas debitas, reddas coronas perditas.

Tu esto. Gloria tibi Dñe, & c.

IN FESTO PENTECOST.

Ad Vesperas:

BEata nobis gaudia anni reduxit orbita, cum Spiritus Paraclitus, effulfit in diſcipulos.

Ignis vibrante lumine linguæ figurâ detulit, verbis vt eſſent proflui, & charitate feruidi.

Linguis loquuntur omnium, turbæ pauent Gentilium, muſto madere deputant, quos Spiritus repleuerat.

Patrata ſunt hæc myſticè, Paſchæ perfecto tempore, ſacro dierum numero, quo lege fit remiſſio.

Te nunc Deus pijſſime vultu precamur cernuo, illapſa nobis cœlitus largire dona Spiritus.

Dudum ſacrata pectora tua repleſti gratia: dimitte nunc peccamina, & da quieta tempora.

Sit laus Patri cum Filio, ſancto ſimul Paraclito: nobiſque mittat Filius, cha-

risma sancti Spiritus. Amen.

Ad Matutinum.

IAm Christus astra ascenderat, regressus vnde venerat, promissum Patris munere sanctum daturus Spiritum.

Solemnis vrgebat dies, quo mystico septemplici orbis volutus septies, signat beata tempora.

Dum hora cunctis tertia repente mundus intonat, orantibus Apostolis Deum venisse nunciat.

De Patris ergo lumine decorus ignis missus est, qui fida Christi pectora calore verbi compleuit.

Dudum. Sit laus, &c.

In Laudibus.

IMpleta gaudent viscera afflata sancto Spiritu, voces diuersas intonàt, fantur Dei magnalia.

Ex omni gente cogniti, Grecis, Latinis

nis, Barbaris, cunctisque admirantibus, linguis loquuntur omnium.

Iudæa tunc incredula, vesana toruo spiritu, ructare musti crapulam alumnos Christi concrepat.

Sed signis, & virtutibus occurrit, & docet Petrus falsa profari perfidos, Ioelis testimonio.

Dudum. Sit laus Patri, &c.

Ad Tertiam.

VEni creator Spiritus, mentes tuorum visita, imple superna gratia, quæ tu creasti pectora.

Qui Paraclitus diceris, donum Dei altissimi, fons viuus, ignis, charitas, & spiritalis vnctio.

Tu septiformis munere, dextere Dei tu digitus, tu ritè promissum Patris, sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus, infunde a-

morem cordibus, infirma noſtri cor-
poris virtute firmans perpeti.
Hoſtem repellas longius, pacemque
dones protinus: ductore ſic te præuio,
vitemus omne noxium.
Per te ſciamus da Patrem, noſcamus
atque Filium: te vtriuſque Spiritum cre-
damus omni tempore.
Sit laus Patri, &c.

IN FESTO SS. TRINITAT.

Ad Veſperas, & Matuti.

ADeſto ſancta Trinitas, par ſplen-
dor, vna Deitas, quæ extas rerum
omnium ſine fine principium.
Te cœlorum militia laudat, adorat,
prædicat, triplexque mundi machina,
benedicit per ſæcula.
Adſumus & nos cernui Te adorantes
famuli: vota preceſque ſupplicum hy-
nis iunge cœleſtium.

V-

VNum te lumen credimus, quod & ter idem colimus: Alpha & Omega, quē dicimus, quem laudat omnis ſpiritus.

Laus Patri ſit ingenito, laus eius Vnigenito, laus ſit ſancto Spiritui, trino Deo & ſimplici. Amen.

In Laudibus.

O Trinitas laudabilis, & vnitas mirabilis: in ſimplici ſubſtantia, virtus manens intermina.

Tu charitas, tu puritas, tu pax, & īmortalitas: Patris, Nati, Paracliti, decore pollens perpeti.

Fides corona ſupplicum, in te piè fidētium: exterge ſordes mentium, ſorti miſertus pauperum.

Laus Patri ſit ingenito, &c.

IN FESTO CORPORIS CHISTI

Ad Veſperas.

Hymnus.

Pā-

PAnge lingua glorioſi Corporis myſterium, Sanguiniſq; pretioſi, quem in mundi pretium, fructus ventris generoſi rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus ex intacta Virgine, & in mundo conuerſatus, ſparſo verbi ſemine, ſui moras incolatus miro clauſit ordine.

In ſupremæ nocte cœnæ recumbens cum fratribus, obſeruata lege plenè cibis in legalibus: cibum turbæ duodenæ ſe dat ſuis manibus.

Verbum caro, panem verum verbo carnem efficit: fitque ſanguis Chriſti merum, & ſi ſenſus deficit: ad firmandum cor ſincerum ſola fides ſufficit.

Tantum ergo Sacramentum veneremur cernui: & antiquum documentũ nouo cedat ritui: præſtet fides ſup-

plenitudinem sensuum defectui.

Genitori, Genitoque laus & iubilatio, salus, honor, virtus quoque sit & benedictio: procedenti ab vtroque compar sit laudatio. Amen.

Ad Matutinum.

SAcris solemnijs iuncta sint gaudia, & ex præcordijs sonent præconia: recedant vetera, noua sint omnia, corda, voces, & opera.

Noctis recolitur cœna nouissima, qua Christus creditur agnum & azima dedisse fratribus; iuxta legitima, priscis indulta patribus.

Post agnum typicum, expletis epulis corpus Dominicum datum discipulis sic totum omnibus, quod totum singulis, eius fatemur manibus.

Dedit fragilibus corporis ferculum, dedit & tristibus sanguinis poculum: dicẽs, ac-

Accipite, quod trado vasculum, omnes ex eo bibite.

Sic sacrificium istud instituit, cuius officium committi voluit solis presbyteris, quibus sic congruit vt sumant, & dent cæteris.

Panis angelicus fit panis hominum, dat panis cœlicus figuris terminum: ò res mirabilis, manducat Dominum pauper, seruus, & humilis.

Te trina Deitas vnaque poscimus sic nos tu visita, sicut te colimus, per tuas semitas duc nos quo tendimus, ad lucẽ quam inhabitas. Amen.

In Laudibus.

VErbum supernum prodiens, nec Patris linquens dexteram, ad opus suum exiens, venit ad vitæ vesperam.

In mortem à discipulo suis tradendus æmulis, prius in vitæ ferculo se tradidit

di-

discipulis.

Quibus sub bina specie carnem dedit & sanguinem: vt duplicis substantiæ, totum cibaret hominem.

Se nascens dedit socium, conuescens in edulium se moriens in pretium, se regnans dat in præmium.

O salutaris hostia, quæ cœli pandis ostium; bella premunt hostilia, da robur, fer auxilium.

Vni trinoque Domino sit sempiterna gloria: qui vitam sine termino nobis donet in patria. Amen.

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ
Ad Vesperas, & Matutinũ.

VRbs Ierusalem beata, dicta pacis visio: quæ construitur in cœlis viuis ex lapidibus, & Angelis coronata, vt sponsata comite.

Noua veniens è cœlo nuptiali thala-

mo

mo præparata, vt ſponſata copuletur Domino: plateæ & muri eius ex auro puriſſimo.

Portæ nitent margaritis adytis patẽtibus: & virtute meritorum, illuc introducitur omnis qui ob Chriſti nomẽ hic in mundo premitur.

Tunſionibus, preſſuris expoliti lapides, ſuis coaptantur locis per manus artificis, diſponuntur permanſuri ſacris ædificijs.

Gloria & honor Deo vſquequaque altiſſimo, vna Patri, Filioque, inclyto Paraclito, cui laus eſt & poteſtas per æterna ſecula. Amen.

In Laudibus.

ANgularis fundamentum lapis Chriſtus miſſus eſt, qui parietum cõpage in vtroque nectitur: quem Siõ ſancta ſuſcepit, in quo credens permanet.

Om-

OMnis illa Deo ſacra & dilecta ciuitas, plena modulis, in laude, & canoro iubilo, trinum Deum vnicumque cum feruore prædicat.

HOc in templo ſumme Deus, exoratus adueni: & clementi bonitate precum vota ſuſcipe: largam benedictionem hic infunde iugiter.

HIc promereantur omnes petita acquirere, & adepta poſſidere cum ſanctis perenniter: Paradiſum introire, tranſlati in requiem.

GLoria & honor Deo, & c.

HYMNI SANCTORVM

IANVARIVS

jo. S. Gundisalui Conf. O.N.

Ad Vesperas.

AD Sacerdotis noua Gundisalui festa, decursu redeuntis anni, confluat cantu resonans canoro turba fideli.

Attamen plausu modulatiore Prædicatorum Sacer Ordo, cuius extitit magnù decus ille, sacros concinat hymnos.

Magna magnarum documenta viuens ante virtutum dedit: ad superna regna translatus, dat vbique vitæ signa beatę.

Illius nomen, populi cadentis solis, afflicti varie, salutant: fallitur nemo, queriturue mæstus damna repulsæ.

Illius currunt ad opem sepulcri, dissiti quamuis procul, agminatim: nec capit

duplex Amaranthus amplas fæpe cateruas.

Laus ſit æternæ piæ Trinitati, cuius è cœlo parilis poteſtas, quidquid eſt, quidquid viget, ac mouetur, omne gubernat.

Ad Matutinum.

NOctis excuſſo mediæ ſopore, excitet mentes famulus beatus: inque diuinas pia geſta laudes ora reſoluant.

Fonte luſtrali ſimul atque tinctus, pendulam paſſi Domini figuram, & Genitricis, memori tenebat mente puellus.

Euidens ſignum, fore poſt vtrique deditum cultu famulum perenni, buccinatorem Crucis, & beatæ virginitatis.

Bracari talem populi per omne tempus experti, meminere priſci turduli: talem Tamacana felix prædicat ora.

Vſque Vaccæos modò Vetronaſque tēditur greſſu properante fama: Cis Tagū la-

latè, populosa tranſque, mænia cõplẽs.
Laus ſit æternæ, &c.

In Laudibus.

PEllit è Cœlo rubicundus vmbram
lucifer craſſam, properans referre
ob diem Sancti bona Gundiſalui gau-
dia Mundo.
Iubilo mentis bona lux Iberis fulget
extremis merito colenda: nunc decet
feſta redimere paſſos fronde capillos.
Nunc decet poſtes operire lauris, &
maris rorem gracileſque myrtos per
fores paſſim patulos locare, more triũfi.
Nunc, & aulæis decorata pictis templa
diuinos reſonent honores: crebra de-
plenis oleant acerris tura per aras.
Sic honoratur pietas, & iſtud præmiũ
donant aditi labores pro Deo, vitæ tri-
buit moleſtæ talia Chriſtus.
Laus ſit æternæ, &c.

js. 88. Nominis Iesu.

Ad Vesperas.

IEsu dulcis memoria, dans vera cordi gaudia: sed super mel, & omnia, eius dulcis præsentia.

Nil canitur suauius, nil auditur iucundius, nil cogitatur dulcius, quam Iesus Dei Filius.

Iesu, spes pœnitentibus, quam pius es petentibus, quam bonus te quærentib? sed quid inuenientibus?

Nec lingua valet dicere, nec littera exprimere: expertus potest credere, quid sit Iesum diligere.

Sis Iesu nostrum gaudium, qui es futurus premium: sit nostra in te gloria, per cuncta semper secula. Amen.

Ad Matutinũ.

IEsu Rex admirabilis, & triumphator nobilis, dulcedo ineffabilis, totus de-

si-

derabilis [illegible]

Quando cor noſtrum viſitas, tunc lucet ei veritas, mundi vileſcit vanitas, & intus feruet charitas.

Ieſu dulcedo cordium, fons viuus, lumẽ mentium, excedens omne gaudium, & omne deſiderium.

Ieſum omnes agnoſcite, amorem eius poſcite, Ieſum ardentes quærite, quę rendo inardeſcite.

Te noſtra Ieſu vox ſonet, noſtri te mores exprimant, te corda noſtra diligãt, & nunc, & in perpetuum. Amen.

In Laudibus.

IEſu decus Angelicum, in aure dulce canticum, in ore mel mirificum, in corde nectar cœlicum.

Qui te guſtant, eſuriunt, qui bibunt, adhuc ſitiunt: deſiderare neſciunt, niſi Ieſum, quem diligunt.

O Iesu mi dulciſſime, ſpes ſuſpirantis animæ, te quærunt piæ lacrymæ, te clamor mentis intimæ.

Mane nobiſcum Domine, & nos illuſtra lumine, pulſa mentis caligine, mùdum reple dulcedine.

Iesu, flos Matris Virginis; amor noſtrę dulcedinis, tibi laus honor nominis, regnum beatitudinis. Amen.

18. Cathedra Romana S. Petri.

Ad Veſperas, & Matutinũ.

IAm bone paſtor Petre, clemens accipe vota precantum, & peccati vincula reſolue, tibi poteſtate tradita, qua cunctis cœlum verbo claudis aperis.

Sit Trinitati ſempiterna gloria, honor poteſtas, atque iubilatio in vnitate, cui manet imperium, ex tunc, & modo ꝑ æterna ſæcula. Amen.

23. S. Raymundi Conf. O. N.

Ad

Ad Veſperas.

GRande Raymundi celebrate nomen Præſules, Reges, populique terræ, cuius æternæ fuit Vniuerſi cura ſalutis.

Quidquid eſt alta pietate mirum, exhibet purus, niueuſque morum: omne virtutum rutilare cernis lumen in illo.

Sparſa ſummorum monimenta Patrũ colligit mira ſtudioſius arte, quæque ſunt priſci ſacra digna cedro dogmata iuris.

Doctus infidum ſolidare pontum currit inuectus ſtadio patenti: veſte componens, baculoque cymbam, æquora calcat.

Da Deus nobis ſine labe mores, dà viæ tutum ſine clade curſum: dà perennantis ſine fine vitæ tangere portũ.

Ad Matutinũ.

PVlchra, quæ mundus peritura pandit, fortiter ſpernens, inhianſque cælo, Prædicatorum iubilans adiuit clauſtra Raymundus.

Ordinis magnum recolens parentem, atque diuino ſtudio repletus, nitit, ſanctam, ſimilemque Patri ducere vitam.

Non ſatis linguæ poterunt referre cordis ardores, quibus ipſe, terram reſpuens, ſummo cupiebat æſtu prẽmia cẽli.

Sæpius corpus lacerans flagellis, peruigil cuſtos animi pudici, tactus ingenti pietate, flebat crimina mundi.

Ipſe doctrina, meritiſque clarus prædicans verbo; ſimul atque factis, duxit errãtes ad Ouile Chriſti miraque geſſit.

Annuat nobis, humiles precamur, Vnus & Trinus ſine fine rector, cuius illuſtres canimus triumphos, facta ſequamur.

In Laudibus. pag. 201.

25. Conuersio S. Pauli Apost.
In j. Vesp. & Matutinū.

DOctor egregie Paule mores in-
ſtrue, & mente polum nos tranſ-
ferre ſatage, donec perfectum largia-
tur plenius, euacuato quod ex parte
gerimus.

Sit Trinitati ſempiterna gloria, honor,
poteſtas, atque iubilatio; in vnitate, cui
manet imperium ex tunc & modo per
æterna ſæcula. Amen.

FEBRVARIVS.

2. Purificatio B. M. V.
Ad Veſperas.

AVe maris ſtella, Dei mater
alma, atque ſemper virgo, fe-
lix cœli porta.

Sumens illud Aue, Gabrielis ore, fū-
da nos in pace, mutans nomen Euæ.
Solue vincla reis, profer lumen cœcis,

ma-

mala noſtra pelle, bona cuncta poſce.
Monſtra te eſſe matrem, ſumat per te
preces, qui pro nobis natus, tulit eſſe tũ.
Virgo ſingularis, inter omnes mitis, nos
culpis ſolutos, mites fac & caſtos.
Vitam præſta puram, iter para tutum,
vt vidẽtes Ieſum, ſemper colletemur.
Sit laus Deo Patri, ſummo Chriſto de-
cus, Spiritui ſancto, tribus honor vnus.

Ad Matutinum.

QVem terra, pontus, æthera, colũt
adorant, prædicant, trinam regẽ-
tem machinam clauſtrũ Marię baiulat.
Cui luna, ſol, & omnia deſeruiunt per
tempora, perfuſa cœli gratia, geſtant
puellæ viſcera.
Beata mater munere cuius ſupernus
artifex, mundum pugillo continens,
ventris ſub arca clauſus eſt!
Beata cœli nuncio, fœcunda ſancto Spi-
ri-

ritu: desideratus gentibus cuius per aluum fusus est.

Maria mater gratiæ. Gloria tibi, &c.

In Laudibus.

O Glorioſa Domina, excelſa ſupra ſidera: qui te creauit prouide lactasti ſacro vbere.

Quod Eua triſtis abſtulit, tu reddis almo germine: intret vt aſtra flebiles, cœli feneſtra facta es.

Tu regis alti ianua, & porta lucis fulgida: vitam datam per Virginem, gentes redemptæ plaudite.

Maria Mater gratiæ. Gloria tibi &c.

13. S. Catharinæ de Ricciis Vir. O.N.

Ad Veſperas.

SOlemne laudis Canticum pāgamus almæ Virgini, quā Spōſus Agnus euocat ad ſempiternas nuptias.

Re-

Regali hanc Hetruria Senensis instar ꝓtulit donis refertam gratiæ, totoque plenam Numine.

Orare docta ab Angelo cœlum puella, transuolat: corpusculique motibus Christi dolores exprimit.

Sertum dat illi spineum, dat annulum, Cor, Stigmata: vulsisque Sponsus brachiis è Cruce eam complectitur.

O Sponsa felix affluens cœlestibus deliciis votis tuorum supplicum aures benignas admoue.

Te Sponse Iesu Virginum castæ parẽtis vnicè laudent Beati Spiritus in sæculorum sæcula: Amen.

Ad Matutinum.

O Virgo, cui præcordia sanctus perussit Spiritus, raptoque corde carneo dedit superno viuere.

Beata, cui Rex Martyrum spinas, Cru- cẽ-

cemque contulit, & ſacra Virginalibus mē-
bris inuſſit Stigmata.

Beata, quam Rex Virginum alma paren-
te pronuba; plaudente Cœli curia ſacro
recepit thalamo.

O iam perenni vinculo coniuncta Regi
gloriæ fac nos amoris nexibus iungi ſu-
premo Numini.

Te Sponſe Ieſu Virginum caſtæ &c.

In Laudibus.

IAm noctis vmbras Lucifer fugat, di-
emque præuenit, quæ Catharinæ me-
ritis coruſcat, & prodigiis.

Aue Crucis Diſcipula, & Paſſionis æmu-
la, Diuini amoris victima, caſti pudoris
lilium.

Fàc te ſequamur regiam per caritatis
ſemitam, & quibus ardes, ignibus accē-
de noſtra pectora.

Quæ tibi Sponſus Sanginum dedit ſa-

lu-

lutis ſymbola inſculpe noſtris mentib⁹ noſtriſque fige cordibus.

Te Sponſe Ieſu Virginum &c.

MARTIVS

7. S. Thomæ Aquinatis Conf. O. N.

Ad Veſperas.

EXultet mentis iubilo, laudãs turba fidelium, errorum pulſo nubilo per noui ſolis radiũ.

Thomas in mundi veſpere, fudit theſauros gratiæ, donis plenus ex ęthere morum, & ſapientiæ.

De cuius fonte luminis verbi coruſcãt faculæ, ſcripturæ ſacræ numinis, & veritatis regulæ:

Fulgens doctrinæ radiis, clarus vitæ munditia, ſplendens miris prodigiis dat toti mundo gaudia.

Laus Patri ſic, ac Genito, ſimulque ſancto Flamini, qui ſancti Thomæ meri-

to nos cœli iungat agmini. Amen.

Ad Matutinũ.

THomas insignis genere claram ducens originem, subit ætatis tenere Prædicatorum Ordinem.

Typum gessit luciferi, splendens in cętu nubium, plusquam doctores cæteri purgans dogma Gentilium:

Profunda scrutans fluminum in lucẽ pàdit abdita, dum supra sensus hominum obscura facit cognita.

Fit Paradisi fluuius quadripartitè peruius: fit Gedeonis gladius, tuba, lagena, radius.

Laus Patri sit, ac Genito & c.

In Laudibus.

LAuda mater Ecclesia Thomæ felicem exitum, qui peruenit ad gaudia per verbi vitæ meritum.

Fossa noua tunc suscipit thecam thesauri

ri gratiæ, cum Christus Thomam efficit hæredem regni gloriæ.

Manens doctrinæ veritas, & funeris integritas, mira fragrans suauitas, ægris collata sanitas.

Monstrat hunc dignum laudibus terræ, ponto, & superis: nos iuuet suis precibus, Deo commendet meritis.

Laus Patri sit, ac &c.

19. S. Ioseph Conf. spon. B.V.

Ad Vesperas.

TE, Ioseph, celebrent agina Cœlitum, te cuncti resonēt Christiadum Chori: qui clarus meritis, iunctus es inclytæ casto fœdere Virgini.

Almo cum tumidam germine coniugem admirans, dubio tangeris anxius: afflatu Superi Flaminis Angelus conceptum puerum docet.

Tu natum Dominum ſtringis, ad exteras Ægypti profugum tu ſequeris plagas: amiſſum Solymis quæris, & inuenis miſces gaudia fletibus.

Poſt mortem reliquos mors pia conſecrat, palmamque emeritos gloria ſuſcipit: tu viuens, Superis par, frueris Deo, mira ſorte beatior.

Nobis ſumma Trias, parce precantibus, da Ioſeph meritis ſidera ſcandere: vt tandem liceat, nos tibi perpetim, gratum promere canticum. Amen.

Ad Matutinum.

CÆlitum Ioſeph decus, atque noſtræ certa ſpes vitæ, columenque mundi: quas tibi læti canimus, benignus ſuſcipe laudes.

Te ſator rerum ſtatuit pudicæ Virginis Sponſum, voluitque Verbi te patrè dici, dedit & miniſtrum eſſe ſalutis.

Tu

Tu Redemptorem ſtabulo iacentem, quem chorus Vatum cecinit futurũ, aſpicis gaudens, humilique natũ numen adoras.

Rex Deus regum, Dominator orbis, cuius ad nutum tremit inferorum turba, cui pronus famulatur æther, ſe tibi ſubdit.

Laus ſit excelſæ Triadis perennis, quę tibi præbens ſuperos honores, det tuis nobis meritis beatæ gaudia vitæ.

In Laudibus.

Iſte, quem læti colimus fideles, cuius excelſos canimus triumphos, hac die Ioſeph meruit perennis gaudia vitę.

O nimis felix, nimis ò beatus, cuius extremam vigiles ad horam Chriſtus & Virgo ſimul aſtiterunt ore ſereno.

Hinc ſtygis victor, laqueo ſolutus carnis, ad ſedes placido ſopore migrat æter-

ternas, rutilisque cingit tempora sertis.
Ergo regnantem flagitemus omnes, adsit vt nobis, veniamque nostris obtinẽs culpis, tribuat supernæ munera pacis.
Sint tibi plausus, tibi sint honores Trine, qui regnas Deus, & coronas aureas seruo tribuis fideli, omne per æuum. Amẽ.

24. S. Gabrielis Archang.

Ad Vesperas, & Matut.

GAbrielem veneremur, summi Regis nuntium, per quem Deus delegauit suum ministeriũ: mundo lapso nuntiando, Iesũ Dei Filiũ.
Gabriel virtus Diuina, debiles fortifica, vt vincamus inimicum, ipse nos corrobora: & vt lapsus remittantur, ipse nobis impetra.
Angelus in mundum missus, ad Marię thalamum, te solum Deus elegit, suũ secretarium: nostras preces tu presen-

ta ante Cœli Dominum.

Gloria, & honor Deo, vſquequaque altiſſimo, vna Patri, Filioque, inclyto Paraclyto: qui tot dona condonauit Gabrieli Archangelo. In Laudibus. p. 202.

Feria 6. poſt Dom. Paſſio.

Compaſſio B. M. V.

Ad Veſp. & Matut.

MEntes iuuet fidelium planctum Mariæ plangere, mori videt dū Filium toto cruentum corpore.

Quanto doloris vulnere pectus cruentat illius, amiſſus vno funere, ſponſus, parens, & Filius.

Materna nulla durior, nec vlla paraffli-ctio; nam nulla proles charior, nec vlla par dilectio.

Quot chara proles excipit, inflicta carni verbera, tot mœſta Mater ſuſcipit, infixa cordi vulnera.

Hunc ſpina, clauus, lancea, dum pungit, il-

illinc conficit mœrore, qui vel saxea mouere corda sufficit.

Sic ensis ille saucium cor figit, ac transuerberat, quem iam diu præconium sancti senis prædixerat.

Pii Mariæ seruuli, Christi redempti sanguine, tantum dolore flebili recogitate lumine.

Sit summa Christo gloria, amara cuius passio, æterna nobis gaudia, Matrisque det compassio. Amen.

In Laudibus.

DVm crimen Adæ soluitur fluore Christi sanguinis, Euæ voluptas penditur fletu Mariæ Virginis.

Illum crucis dum stipiti catena figit effera, quanto tremore concuti materna sentit viscera!

Cui melle succum lacteum suauiorem præbuit, potum dari nunc felleum

quã-

quantum gemens exhorruit!

Quam deflet, inter noxios nudum peti conuitiis, cuius rependi regios vidit fauores fasciis?

Sic sũma partus tempore, quæ sensit olim gaudia, nunc summa multo fœnore mortis rependunt tædia.

Pii Mariæ, &c. Sit summa, &c.

APRILIS

S. Vincentii Ferr. Conf. O. N.

Ad Vesperas.

MEnte iucunda iubilent fideles, vocibus hymnos resonent canentes: nam datus mundo nouus est precator ante Tonantem.

Alme Vincenti, veneranda cuius hæc dies totum colitur per orbem: quas tibi cantat chorus hic fidelis, accipe laudes.

Ritè mox annis teneris peractis, Prædi-

dicatorum ſitiens adiſti Ordinem, ſeruans documenta patrũ mente pudica.

Iàctus è cœlis operam dediſti litteris ſacris vtriuſque legis, quas docens verbo, fidei repleſti lumine mundum.

Inde feruenter citò iam propinquũ ſeculi finem fore nunciaſti, vt Deũ Gentes timeant, patenter vociferando.

Angelus alter penitus fuiſti, ille qui cœli medium volabat nuncians cunctis populis & linguis iudicis horam.

Lingua quæ ſancta populos docebas, rebus & ſignis variis probabas, languidis reddès cruce ſanitatis robora mẽbrꝭ.

Inter electos modo collocaris, ſemper in cœlis merito triumphans, fulgidis ſertis redimitus omni tempore ſecli.

Summa ſit Chriſto ſalus, & perennis gloria Patri, pariterque ſancto Flamini, quorum ſine fine virtus regnat in-

orbe: Amen.

Ad Matutinũ.

LVmen in terris populi fidelis ciuis & cœli modo factus alti, acta, Vincẽti, tua concinentes, dirige voces.

Flore primæuo nitidæ iuuentæ; eligẽs puræ documenta vitæ, Ordinis magnũ imittans Parentem Prædicatorum.

Luce doctrinæ rutilans ſerenæ, ambitũ terræ, pelagique luſtrans, ſemper ardẽti reſonando ſacrum pectore verbum.

Dum viam cunctis referas ſalutis, orbis occaſum canis, & propinquum, iure teclarum genus omne reddit prodigiorũ.

Hinc velut ſolis radius cadentis, conditus terra Britonum remota, pulchrior regnis oriens ſupernis, æthera ſcandis.

Angelis ſeptus, decoratus aſtris, Doctor & virgo, geminis coronis: inter illuſtes animas refulges, munere Chriſti.

Sit

Sit Patri, Nato, pariter coæuo Flamini
ſancto, ſalus vna, cuius nomen in cœlis
ſine fine laudat ſpiritus omnis. Amen.

In Laudibus.

MAgne Vincenti noua lux olympi
noctis obſcuræ tenebras reſolue:
vt tuas puro modulemur omnes carmi-
ne laudes.

Sidus extremæ Venetenſis ore, & Valẽ-
tinæ decus vrbis almæ: ordinis ſacri ni-
tor es, & æui gloria noſtri.

Cuius inſtructi monitis Hebræi, vna
cum Mauris, veteri relicta lege, diui-
nis renouantur vndis, mente fideli.

Signa quæ multis patuere terris, te-
probant amplius meritis refertum, ac
viris celſis fore comparãdũ tẽporis acti.

Dæmonum ſæuos reprimis furores, pel-
lis & morbos miſeratus omnes: ſæpe-
defunctos reuocas in auras lucis amęnã

Inde post claræ monimenta vitæ ad poli regnum, superumq; cœtum lætus ascēdis; capiens perenes victor honores.

Sit Patri, Nato, simul utriusque flamini splendor decus & potestas, cujus ęternū chorus Angelorū numē

20. S. Agnetis de mote Pol. VII. O. N.

Ad Vesperas.

AGnetis almæ Virginis lætemur in solemniis: & gratiarum canticum Sponso canamus Virginum.

Spreto nouennis seculo cæli dicatur Domino: mentem supernis reficis, corpus seuere subigit.

Virtute magna prædita hostem fugat tartareum: dotata Cœli gratia visu beatur Cælitum.

Iesum in vlnis paruulum cordis tenet solatium, cibumque panis cælici manus ministrat Angeli.

Precamur Auctor omnium, perenne do-

dona gaudium: da Virginis ſuffragiis ſpõ-
ſi fruamur nuptiis.

Sit laus, honorque Domino, qui iura
mortis ſubruit: digniſque vitæ merito
regni coronam tribuit. Amen.

Ad Matutinũ.

AGnetis ortum, cælitus accenſa pro-
dunt lumina, quæ mira pandunt
protinus futura vitæ merita.

Ætate vernans tenera morum ſenecta
prædita, ſeruire malens humilis inuita
præeſt cæteris.

Orans in altum tollitur, florere terra
cernitur: guttęque roris candidi decus
redundant pallii.

Lauacra tangens balnei fontem dedit
remedii: fluenta fundit olei, gaudent
medela languidi.

Precamur Auctor &c. Sit laus &c.

In Laudibus.

MAgnæ dies lætitiæ: venerunt Agni nuptiæ, & Agnes Agnum sequitur, sponsoque sponsa iungitur.

Vox Angelorum concinit: lætante cœtu suscipit Virgo beata Virginem cælestis Agni comitem.

Signis corruscat variis, miris micat prodigiis: confert salutem languidis, vitâque reddit mortuis.

Dum Catharina visitat Agnetis almæ loculum, repente manna candidum vtramque Sanctam prædicat.

Precamur Auctor &c. Sit laus &c.

29. S. Petri Mart. O. N.

Ad Vesperas.

MAgnæ dies lætitiæ, nobis illuxit cœlitus: Petrus ad thronũ gloriæ Martyr peruenit inclyt.

Puer in fide claruit, parentum carens nebula: Deo seruire studuit sub pauper-

tatis regula.

Carnem afflixit iugiter in labore multiplici; viam sequens humiliter Patris sui Dominici.

Vita, mors, signa varia, Cœlum frequẽti lumine, dant Petro testimonia de sãctitatis culmine.

Quæsumus auctor omnium, in hoc Paschali gaudio, per ipsius suffragium crescat nostra deuotio.

Gloria tibi Domine, qui surrexisti à mortuis: & fortes in certamine sertis ornas perpetuis. Amen.

Ad Matutinũ.

ADest triumphus nobilis, festũque cœli curiæ, quo rosa delectabilis offertur Regi gloriæ.

Petrus flos pulchritudinis, & virtutũ sacrarium nullus mortalis criminis sẽsit vnquam contagium.

Ro-

Roborare cum nititur fidem verbi præconio; pro fide tandem cæditur, hæreticorum gladio.

Dum sic in petra fidei Petri tenet vestigia, ad petram Christum prouehi meretur cum victoria.

Quæsumus auctor &c. Gloria tibi &c.

In Laudibus.

EXultet claro sidere, fulgens mater Ecclesia: Petrus martyr inæthere noua profudit gaudia.

Pauper, pudicus, humilis, Christo se totum dedicat; in lege Dei docilis, verbis, exemplis prædicat.

Triumphat per Martyrium Christi fortis in acie, conseruans semper lilium virginalis munditiæ.

Lux cœli, vitæ meritum, cum signorum frequentia: Petri commendant exitum, & prædicant magnalia.

Quæsumus auctor &c. Gloria tibi &c.

30. S. Catharinæ Senen. Virg. O. N.

Ad Vesperas.

HÆc tuæ virgo monumenta laudis, quæ tuis læti Catharina sacris, hoc quidem pacto modulamur omnes perfer olympo.

Si satis digne nequeant referri, annuas nobis veniam, precamur: non sumus tanti ingenii fatemur; optima virgo.

Quis fuit dignas modulatus vnquam virginis laudes? quis in orbe toto fœminę, et? inuictæ peritura numquam carmina pãd

Prædita exemplis Catharina claris moribus præstans, sapiens abundè, temperàs, fortis, pia, iusta; prudens æthera scandis.

Quem latet virtus facinusque clarum, quo nequit dici sanctius per orbẽ? vulnerum formã miserata Christi, expri-

mis

mis ipſa.

Nam breuis, mœſtæ, miſeræque vitæ, & malis cunctis penitus refertæ, fortiter ſpernens pretioſa quæque ſidera adiſti.

Gratias ſummas habeamus omnes Filio magni Genitoris almo, Spiritũ ſãctum veneremur, & ſit laus tamen vna.

Ad Matutinũ.

LAudibus virgo nimis efferenda iure cenſeris, quoniam triumphos ipſa cęlorũ, probitate mira, nacta refulges.

Præmiũ ſanctæ tamen ipſa vitę, & ſimul munus probitatis almę accipis cœlo, cumulata cunctis denique rebus.

Tu grauè ſacris meritis refertũ, orbis exemplar, pietate plenũ, Prædicatorũ venerata Patrẽ, ordine fulges.

Nulla iam rerum placuit voluptas, nullus

or-

ornatus, nitor ecce nullus corporis, semper fugiens iniqua crimina vitæ.
Sæpius corpus domitans acerbè, quà pie flagris, cruor hinc & inde fluxerat riuis, hominumque demum crimina flebas.
Qui per ingentes, varioſque caſus, orbe terrarũ cruciantur ões, quotque, vel curis agitantur ipſi vndique diris.
Suppetent nobis totidem canenda, ſi tuæ laudes repetantur ões: tu quidem longè pietate cunctis inclyta præſtas.
Gratias ſummas &c.

In Laudibus.

IAm ferox miles tibi ſæpè ceſſit, & duces iras poſuere ſæuas: hi necem dirã populo minati ſæpe Senenſi.
Quid quod, & ſacris ſtudiis frequenter viribus ſũmis operã dediſti; litterę doctę lepidæque claris vrbibus extant.
Niteris verbis reuocare lapſos, niteris re-

rectum ſuadere cunctis: ſic ais: Tantù probitas beatos efficit omnes.

Iura tu fæuæ tremebunda mortis fortiter temnens, nihil extimeſcès, præmiù noſtræ vocitare vitæ ſæpe ſolebas.

Vnde cum tempus properaret ipſũ, quo ſacros artus cineresque buſto, linque-res, cœlos aditura, flẽtes ipſa docebas.

Sic ſacrum Chriſti venerata corpus, hoſtiam libans, lacrymis obortis dixeras cunctis documenta vitæ voce ſuprema.

Gratias ſũmas &c.

MAIVS

3. **Inuentio S. Crucis.**

Ad Veſperas, & Matut.

SAlue Crux ſancta, ſalue mundi gloria, vera ſpes noſtra, vera ferens gaudia, ſignum ſalutis, ſalus in periculis vitale lignum vitam ferens omnium.

Te

Te adorandam, te Crucem viuificã, per te redempti dulce decus ſeculi, ſemper laudamus, ſemper tibi canimus, per lignum ſerui, per te ſumus liberi.

Sit Deo Patri laus in Cruce Filii, ſit coæqualis laus ſancto Spiritui: ciuibus ſũmis gaudium ſit Angelis, honor ſit mũdo Crucis hæc inuentio. vel Exaltatio.

In Laudibus.

ORiginale crimen necans in Cruce, nos à priuatis Chriſte munda maculis, humanitatem miſeratus fragilem, per Crucem ſanctã lapſis dona veniam.

Protege, ſalua, benedic, ſanctifica, populum cunctum Crucis per ſignaculũ morbos auerte corporis, & animæ, hoc contra ſignũ nullum ſtet periculum.

Sit Deo Patri laus &c.

S. S. Pii V. Papæ, & Conf. O. N.

Ad Veſperas.

Pi-

PIo Beato iubilos canora pangãt organa: nimboſque pellant nubilos, ſacræ diei gaudia.

Hic Michael certamine fregit Draconis impetum: Piique ſumpto nomine, hoſtem repreſſit impium.

Eccleſiæ pericula vmbone firmo depulit: ſectariorum ſpicula, mucrone forti meſſuit.

Ab incolatu dæmonum obſeſſa purgãs corpora, à retiaculo criminum ſoluit reorum pectora.

Quanto magis nunc duplices ſibi fauores ſpondeant, nomen Pii qui ſupplices votis frequenter inuocant.

Quæſumus auctor &c. Gloria tibi &c.

Ad Matutinum.

NOctis fuget caliginem Pii coruſca gloria, depellat & formidinem tanti Ducis victoria.

Is à tenellis vnguibus, Christi iugo se-
subdidit: mox igne sancti Spiritus totis
medullis ferbuit.

Adhæsit innocentiæ candor Pii virtuti-
bus: nitorque conscientiæ lethalis expers
criminis.

Intacta carnis puritas monstratur in-
fragrantia: infracta mentis firmitas in-
pectoris constantia.

Tanctis gradatim dotibus paratur ad-
sublimia: donec subit diuinitus Aposto-
latus culmina. *Temp. Resur.* Quesumus.
Temp. Ascens. Tu esto. *Extra temp. Paschale.*
Deo Patri sit gloria &c.

In Laudibus.

AVrora cæli purpura, aspergè rorè
floribus Pii triumphos explica
circumdatos fulgoribus.

Zelosus iste Phinees sacris stetit mę-
nibus: vt barbaros acinaces arceret à

Fi-

Fidelibus.

Hic disciplinam moribus cura reuexit sedula & impiis erroribus obiecit hic repagula.

Pii talenta largitas non vinxit in sudario: necessitates publicas toto iuuans ærario.

Pater benignus pauperum manus habens tornatiles, pauit greges famelicos effusione munerum.

Temp. Regin. Quæsumus Auctor &c.

Temp. Ascens. Tu esto nostrum &c.

Extra Temp. Pasch. Deo Patri sit gloria.

7. Sacrat. Coronæ Domini.

Ad Vesperas, & Matut.

AEterno regi gloriæ deuota laudum cantica fideles soluant hodie, pro Corona Dominica.

Coronat regem omnium Corona contumeliæ, cuius nobis opprobrium Co-

ronam confert gloriæ.

De Spinarum aculeis, Christi Corona plectitur, qua ministris tartareis mùdi potestas tollitur.

Corona Christi capitis, sacro perfusa sanguine, pœnis solutis debitis, reos purgat à crimine.

Quæsumus auctor. vel Tu esto &c.

Laus Christo regi gloriæ, pro Corona virtutibus, qua nos reformans gratiæ, coronet in cœlestibus. Amen.

In Laudibus.

LAuda fidelis concio Spinæ trophæum inclytum; per quam perit perditio, vitæque datur meritum.

Nos à puncturis liberat, æterni Patris Filius, dum spinis pungi tolerat spinarum culpæ nescius.

Dum spinarum aculeum Christus pro nobis pertulit, per diadema spineum,

vi-

vitæ coronam contulit.

Plaudat turba fidelium, quod per ſpinæ ludibrium purgat creator omnium ſpineti noſtri vitium.

Quæſumus auctor, vel Tu eſto &c.

Laus Chriſto Regi &c.

jo. S. Antonini Arch. & Conf. O. N.

Ad Veſperas.

VT Antonini gloriam concinamus vberius, afflare nunc pectoribus noſtris Deus omnipotens.

Is teneris ab vnguibus ſacros edoctus canones, mundi ſpretis illecebris Chriſti ſe iugo ſubdidit.

Prædicatorum Ordinem delegit inter ceteros, vt literis, & moribus incumberet ardentius.

Sed non bene ſub modio lumen ardens occulitur, ad præſulatum trahitur lucēs, in-

inflãmans populos.

Quæſumus auctor omnium, in hoc Paſchali gaudio, æternæ mortis iaculum eius vitemus precibus. *Temp. Aſcenſ.* Tu es. Gloria tibi Dñe, qui ſurrexiſti vel qui ſc.

Ad Matutinũ.

A Træ noctis obſcuritas Antonini fulgoribus fugatur, qui prodigiis vitæ, & ſignorum radiat.

Virginitate niueus, doctrinę luce ſplèdidus, Præſul, & paſtor optimus, clarũ virtutis ſpecimen.

Pauper amauit pauperes, in miſeros miſericors, intrepidus in perditos, pluſquam mitis in humiles.

Quam potens apud Dominũ, qui mortis iura ſubruit, in hanc lucem dum reuocat mortis reuinctum nexibus.

Quæſumus auctor &c. *vt ſupra.*

In Laudibus.

CVm ſol ad curſum properat, ad te Præſul confugimus, qui tuas laudes canimus, tuas ſub alas protege.

Tu qui tot à corporibus morbos de-pellis hominum: caſus afflictos miſeràs emenda noſtras animas.

Tot iam malis atteritur, in tot lapſus incidimus: vt penè ſpes non deſerat, dexteram niſi porrexeris.

Virgo perpurga corpora; doctor ani-mos inſtrue: Paſtor egenos refice, tibi cuncta debebimus.

Quæſumus auctor &c. *vt ſupra.*

IVNIVS.

24. Natiu. S. Ioannis Baptiſtę.

Ad Veſperas.

VT queant laxis reſonare fibris, mira geſtorum famuli tuorum ſolue polluti labii reatum ſancte Ioannes.

Nun-

Nuncius celso veniens olympo, te patri magnum fore nasciturum nomen, & vitæ seriè gerendę ordine promit.
Ille promissi dubius superni, perdidit promptæ modulos loquelæ: sed reformasti genitus peremptæ organa vocis.
Ventris obstruso positus cubili senseras Regem thalamo manentẽ: hinc parens nati meritis vterq; abdita pandit.
Laudibus ciues celebrant superni, te Deus simplex pariterque trine: supplices & nos veniam precamur, parce redemptis. Amen.

Ad Matutinũ.

ANtra deserti teneris sub annis, ciuium turmas fugiens, petisti, ne leui saltem maculare vitam famine posses.
Præbuit hirtum tegumen camelus artubus sacris, strophium bidentes: cui latex haustum, sociata pastũ mella locustis.

Ce-

Cæteri tantum cecinere vatum corde præſago iubar affuturum tu quidem mundi ſcelus auferentem indice prodis.

Non fuit vaſti ſpatium per orbis ſanctior quiſquam genitus Ioanne: quinefas ſecli meruit lauantem tingere lymphis.

Laudibus ciues. &c.

In Laudibus.

O Nimis felix, meritique celſi neſciens labem niuei pudoris prępotens martyr, eremique cultor, maxime vatum.

Serta ter denis alios coronant auctacrementis, duplicata quoſdam; trina centeno cumulata fructu, te, ſacer, ornant.

Hinc potens noſtri meritis opimis pectoris duros lapides repelle aſperū plānās

nans iter, & reflexos dirige calles.
Vt pius mundi Sator & Redemptor, mentibus pulsa leuione puris, ritè dignetur veniens sacratos ponere gressus.
Laudibus ciues &c.

29. SS. Petri, & Pauli Apostol.

In j. Vesperis.

AVrea luce, & decore roseo lux lucis omne perfudisti seculũ, decorans cælos inclyto martyrio, hac sacra die, quæ dat reis veniã.
Ianitor cœli, Doctor orbis pariter; iudices secli, vera mundi lumina: per crucem alter, alter ense triumphans, vitæ senatum laureati possident.
Oliuæ binæ pietatis vnicæ, fide deuotos, spe robustos maximè: fonte repletos charitatis geminæ, post mortẽ carnis impetrate viuere.
Sit Trinitati sempiterna gloria, honor, po-

poteſtas, atque iubilatio, in vnitate, cui manet imperium ex tunc & modo p æterna ſecula. Amen.

Ad Matutinũ.

AVrea luce. Ianitor cœli. Sit Trinitati, &c. *vt ſupra.*

In Laudibus.

OLiuæ binæ. Sit Trinitati, &c.

30. Cõmem. S. Pauli Apoſt.

In j. Veſp. & ad Matut.

DOctor egregie Paule mores inſtrue, & mente polum nos tranſferre ſatage, donec perfectum largiatur plenius; euacuato, quod ex parte gerimus.
Sit Trinitati &c.

In 2. Veſperis.

AVrea luce; &c. *vt in Feſto SS. Petri & Pauli.*

IVLIVS

Do-

Dom. 3. SS. Redemptoris.

Ad Vesp. & ad Matut.

COnditor alme siderũ, &c. *loco vltimi versus.* Gloria tibi Domine, qui natus es de Virg.

In Laudibus.

IEsu nostra redemptio. Quæ te vic. Ipsa te cogat. Gloria tibi Dñe &c.

22. S. Mariæ Magdalenæ.

Ad Vesp. & ad Matuti.

LAuda mater Ecclesia lauda Christi clementiam: qui septẽ purgat vitia per septiformem gratiam.

Maria soror Lazari quæ tot cõmisit crimina, ab ipsa fauce tartari redit ad vitæ limina.

Post fluxæ carnis scandala fit ex lebete fiala, in vas translata gloriæ, de vase contumeliæ.

Æ-

Egra currit ad medicum, vas ferens aromaticum: & à morbo multiplici, verbo curatur medici.

Surgentem cum victoria Iesum videt ab inferis: prima meretur gaudia, quę plus ardebat ceteris.

Vni Deo sit gloria pro multiformi gratia: qui culpas, & supplicia remittit, & dat præmia. Amen.

In Laudibus.

ÆTerni patris Vnice, nos pio vultu respice, qui Magdalenam hodie vocas ad thronum gloriæ.

In thesauro reposita regis est dragma perdita: gemmaque lucet inclyta deluto luci reddita.

Iesu dulce refugium, spes vna pœnitẽtium, per peccatricis meritum, peccati solue debitum.

Pia mater & humilis naturæ memor-

fia-

fragilis, in huius vitæ fluctibus nos rege tuis precibus.

Vni Deo sit gloria, &c.

AVGVSTVS

4. S.P.N. Dominici Conf.

Ad Vesperas.



Aude mater Ecclesia, lætam agens memoriam, quæ nouę prolis gaudia mittis ad cœli curiam.

Prædicatorum Ordinis Dux & Pater Dominicus, mundi iam fulget terminis ciuis effectus cœlicus.

Carnis liber ergastulo cœli potitur gloria: pro paupertatis cingulo, stola dotatur regia.

Fragrans odor de tumulo, cum virtutum frequentia, clamat pro Christi famulo sũmi regis magnalia.

Trino Deo & simplici laus, honor, virtus, glo-

gloria: qui nos prece Dominici ducat ad cœli gaudia. Amen.

Ad Matutinum.

NOuus athleta Domini collaudetur Dominicus: qui rem conformat nomini, vir factus Euangelicus.

Conseruans sine macula, virginitatis lilium, ardebat quasi facula, prò zelo pereuntium.

Mundum calcans sub pedibus, manum misit ad fortia: nudus occurrens hostib', Christi suffultus gratia.

Pugnat verbo, miraculis, missis per orbem Fratribus: crebros adiungens sedulis, fletus orationibus.

Trino Deo & simplici, &c.

In Laudibus.

HYmnum nouæ lætitiæ, dulci productum cantico, noster depromat hodie, chorus sancto Dominico.

Ver-

Vergente mundi vespere nouum sydus exoritur; & clausis culpæ carcere præco salutis mittitur.

Doctrinam Euangelicam spargens per orbis cardinem, pestem fugat hæreticã, nouum producens ordinem.

Hic est fons ille modicus crescens in flumen maximum; qui mundo iam mirificus potum largitur optimum.

Trino Deo & simplici, &c.

6. Transfiguratio Domini.

Ad Vesperas, & Matut.

QVicumque Christum quæritis vultus in altum tollite: illic licebit visere signum perennis gloriæ.

Illustre quiddam cernimus, quod nesciat finem pati, sublime, celsum, interminum, antiquius cœlo, & chao.

Hic ille Rex est gentium plebisque Rex iu-

Iudaïcæ, promiſſus Abrahæ Patri, eiuſque in æuum ſemini.

Hunc & Prophetis teſtibus, ijſdemque ſignatoribus teſtatur & Pater iubet audire nos & credere.

Gloria tibi Domine, qui apparuiſti ho.

In Laudibus.

AMor Ieſu dulciſſime, quando cor noſtrum viſitas, pellis mentis caliginem & nos reples dulcedine.

Quam felix eſt, quem ſatias, conſors paternæ dexteræ: tu veræ lumen patriæ, quod omnem ſenſum ſuperat.

Splendor æternæ gloriæ, incomprehẽſa bonitas, amoris tui copiam da nobis per præſentiam.

Gloria tibi Dñe, qui apparuiſti hodie, cũ Patre, & c.

16. S. Hyacinthi Conf. O. N.

Ad Veſperas.

IN

IN hoc Hyacinthi iubilo lætis canamus vocibus, Deumque pulso nubilo puris colamus mẽtibus.

Dux & Pater Dominicus hunc veste sacra induit, cunctisque mox apparuit vir factus Apostolicus.

Patrem secutus Filius Patris refulget moribus, Ducis secutus tramitem mũdi triumphat Principem.

Hunc virgo visit inclyta solatur, & dat gaudia, miraculorum gloria Christi coruscat gratia.

Tibi Deus sit gloria in sempiterna secula, & nos Hyacinthi precibus adiũge Cœli cætibus. Amen.

Ad Matutinũ.

CHristi fidelis nuncius dum prædicator mittitur, præco salutis cęlicus latè per orbem funditur.

Vbi-

Vbique verbi semina rectique spargit lumina, fluunt ab ore faculæ, vitæ coruscant regulæ.

Rectas salutis semitas dignosque mores edocet, verboque tangens animas ad pœnitendum commouet.

Ab hoste prædas eripit, dum dura mollit pectora cæloque dignos efficit dum frangit hostis robora.

Tibi Deus sit gloria, &c.

In Laudibus.

VOx pura laudet exitum & cor-
VHyacinthi meritum, coruſca lustrat agmina bina decorus laurea.

Hunc vita clara indicat, diuersa signa intonant: secreta quæ hic nouerat totũ per orbem prædicat.

Ventis, & vndis imperat, fluctus tumẽtes edomat: aquæ stupescunt fluminum iterque præbent solidum.

Itæ resurgunt mortui, claudique dantur gressui, cæcis patescunt lumina fatur Dei magnalia.

Tibi Deus sit gloria, &c.

28. *S. Augustini Epis. & Eccl. Doct.*

Ad Vesp. & Matut.

MAgne Pater Augustine, preces nostras suscipe: & per eas conditori nos placare satage: atque rege gregem tuum, summù decus Præsulum.

Amatorem paupertatis te collaudant pauperes: assertorem veritatis amant veri iudices: frangis nobis fauos mellis, de scripturis differens.

Quæ obscura prius erant, nobis plana faciens: tu de verbis Saluatoris dulcem panem conficis: & propinas potum vitæ de psalmorum nectare.

Tu de vita Clericorum sanctam scribis re-

regulam: quam qui amant, & sequuntur, viam tenent regiam; atque tuo sancto ductu redeunt ad patriam.

Regi regum salus, vita, decus, & imperium; Trinitati laus, & honor sit per õne seculum qui conciues nos adscribat supernorum ciuium. Amen.

In Laudibus.

CÆli ciues applaudite, & vos fratres concinite: Patris nostri solènia solis reduxit orbita.

Quod lingua foris personat, intus affectus sentiat: nec imitari pigeat quod laudare mens approbat.

Hunc post mundi curricula cœli suscepit curia, quem cum suis fidelibus iam coronauit Dominus.

Conemur totis viribus: iungamus preces precibus, vt Augustini meritis, cœli fruamur gaudiis. Presta Pater piissime.

30. S. Rosæ Virg. O. N.

Ad Vesperas.

TElluris omnes incolæ Rosæ plaudant solemnijs, eiusque laudes concinant à solis ortu ad Hesperum.

Hæc à parentis vbere præuenta donis gratiæ Deoque plena, vindicem armauit in se dexteram.

Miris modis innoxios afflixit artus, spineis cinxit corollis verticem, ciboſque felle polluit.

Nunc læta pœnitentiæ largo potitur præmio, nouumque psallit canticum agni sequens vestigia.

Horum datori munerum sit laus decusque perpetim, qui trinus vnus omnia regit Deus per secula. Amen.

Ad Matutinũ.

LImana Regum ciuitas Regale mu-

nus

nus edidit ROSAM Deo gratissimâ cœlestis oræ flosculum.

Vicit nitore sydera pulsa soli caligine, & par beatis mentibus numen gerebat pectore.

Portenta vel ludibria sæui stygis non horruit, seditque solitaria turbam perosa & sæculum.

Nos ò Beata respice tuis vacantes laudibus, & expiatis sordibus duc ad superna gaudia.

Sit Christe Sponse Virginum tibi, Patrique gloria, cum spiritu Paraclito in sæculorum sæcula. Amen.

In Laudibus.

AVrora cœlum purpurat Rosisque mane concolor laudes Sacratæ Virginis Rosæ monet nos pangere.

Hanc ergo laudent Angeli & omnis Ordo Cœlitum, laudent Chori mortalium

vbique gestis inclitam.

Hanc primam amoris victimam admouit aris India, orbis iuuamen præpotès exemplar innocentiæ.

Dat cœcis luce perfrui soluitque linguæ vincula, claudos iacentes erigit, morbis medetur omnibus.

Iugis tibi laus Trinitas reddatur omni tempore, & cum Rosa nos pertrahe ad nuptiale gaudium. Amen.

SEPTEMBER

29. *S. Michaelis Archang.*

Ad Vesp. & Matutinũ.

TIbi Christe splendor Patris, vita, virtus cordium, in conspectu Angelorum votis, voce psallimus, alternantes concrepando melos damus vocibus.

Collaudamus venerantes omnes cœli milites: sed præcipuè Primatem cęlef-

lestis exercitus, Michaelem in virtute conterentem Zabulum.

Quo custode procul pelle Rex Christe piissime, omne nefas inimici, mundo corde & corpore: Paradiso redde tuo nos sola clementia.

Gloriam Patri melodis personemus vocibus: gloriam Christo canamus, gloriam Paraclito, qui trinus & vnus Deus extat ante sæcula. Amen.

In Laudibus.

CHriste sanctorum decus Angelorum: auctor humani generis & rector, nobis æternum tribue benignus scandere cœlum.

Angelũ pacis Michael ad istam cœlitus mitti rogitamus aulam; nobis vt crebrò veniente, crescant prospera cũcta.

Angelus fortis Gabriel, vt hostem pellat antiquum, volitet ab alto, sæpius tẽ-

plũ

plũ veniens ad iſtud viſere noſtrum.
Angelum nobis medicum ſalutis mitte de cœlis Raphael, vt omnes ſanet ægrotos, pariterque noſtros dirigat act⁹.
Hinc Dei noſtri Genitrix Maria, totus & nobis chorus Angelorum ſemper aſſiſtat, ſimul & beata concio tota.
Præſtet hoc nobis Deitas beata Patris ac Nati, pariterque Sancti ſpiritus, cuius reboat in omni gloria mundo. Amè.

OCTOBER.

2. S. Angeli Cuſtodis.

Ad Veſp. & Matutinũ.

CVſtodes hominum pſallimus Angelos, naturæ fragili quos. Pater addidit cœleſtis comites, inſidiantibus ne ſuccumberet hoſtibus.
Nam quod corruerit proditor Angelus, conceſſis meritò pulſus honoribus, ardens inuidia pellere nititur quos cęlo

De-

Deus auocat.

Huc cuſtos igitur peruigil aduola, auertens patria de tibi credita tam morbos animi, quam requieſcere quidquid nõ ſinit incolas.

Sancte ſit Triadi laus pia iugiter; cuius perpetuo numine machina triplex hęc regitur, cuius in omnia, regnat gloria ſecula. Amen.

In Laudibus.

ORbis patrator optime, qui quid-quid eſt, potentia magna creaſti, nec regis minore prouidentia.

Adeſto ſupplicantium tibi reorum cœtui: luciſque ſub crepuſculum luccm nouam da mentibus.

Tuuſque nobis Angelus electus ad cuſtodiam, hic adſit, à contagio vt criminum nos protegat.

Nobis Draconis æmuli verſutias exter-

mi-

minet, ne rete fraudulentiæ incauta nectat pectora.

Metum repellat hostium nostris procul de finibus: pacem procuret ciuium, fugetque pestilentiam.

Deo Patri sit gloria, qui, quos redemit Filius, & sanctus vnxit Spiritus; per Angelos custodiat. Amen.

jo.

S. Ludouici Bert. Conf. O. N.

Ad Vesperas

DVm Ludouici gloria coruscat inter sidera, fœcunda Sanctorum parens det iubilos Valètia.

Imo parens Ecclesia lætis canora vocibus grates vbique personet pro numinis clementia.

Hæc Ludouici paruuli primam rigàs infantiam, præuenit in dulcedine lactentis innocentiam.

Hæc iugis illi præfuit ad vsque vitæ ves-

pe-

peram, armisque poenitentiæ perduxit ad victoriam.

Sit laus Patri cum Filio simulque Sancto Flamini, laus sit polorum ciuibus in tympanis, & cymbalis. Amen.

Ad Matutinum.

NOcturna cœli lumina suspiriorum conscia, quæ Ludouicus ætheri mittebat inter verbera.

Plagas cruentas dicite, flagella, sulcos, vulnera, quæ sanctus vltro proprium vibrabat in corpusculum.

Fluxit pauimento cruor cellæ madebat ambitus: postquam supina ligneus luxarat ossa lectulus:

Sed tunc flagellis liuidum superna lux circumdabat: diuæque binæ debilem castis leuabant brachiis:

Laus & perennis gloria Deo Patri, cum Filio & vtriusque Spiritu, in sempiterna

sæ-

fæcula. Amen.

In Laudibus.

EN Ludouici laudibus aurora laxat purpuram, nox atra condit pallium, festiuus albescit dies.

Sic Ludouicus Indiis noctis tenebras dispulit, idola fregit, & cruce stitit feroces Tigrides.

Bis ob Fidem sæuissimi hausit veneni pocula: sedauit vndas æquoris, ignique fixit limitem.

Heroicis virtutibus idæa factus Ordini, efflans ad astra spiritum exhalat ore lumina.

Sit Trinitati iugiter laus & perennis gloria, quæ Ludouici fulgida resplendet in victoria. Amen.

24. S. Raphaelis Archang.

Ad Vesperas, &
Matutinum.

Ti-

TIbi Chriſte ſplendor Patris, vita, virtus cordium, in conſpectu Angelorum votis, voce pſallimus: alternantes concrepando melos damus vocibus.

Collaudamus venerantes omnes cœli principes, ſed precipuè fidelem medicum, & comitem Raphaelem, in virtute alligantem dœmonem.

Quo cuſtode procùl pelle, rex Chriſte piiſſime, omne nefas inimici: mundo corde, & corpore, Paradiſo redde tuo, nos ſola clementia.

Gloriam Patri melodis perſonemus vocibus, gloriam Chriſto canamus, gloriam Paraclito: qui trinus, & vnus Deus extat ante ſæcula. Amen.

In Laudibus.

CHriſte Sanctorum decus Angelorum, auctor humani generis, & re-

rector, nobis ſacratum tribue benign⁹ ſcandere cælum.

Angelum nobis Medicum ſalutis mitte de cælis Raphael, vt omnes ſanet ægrotos, pariterque noſtros dirigat act⁹.

Hinc Dei noſtri genitrix Maria, totus, & nobis Chorus Angelorum ſemper aſſiſtat, ſimul & beata concio tota.

Præſtet hoc nobis Deitas beata, Patris ac Nati, pariterque ſancti Spiritus, cuius reboat in omni Gloria mundo. Aẽ.

NOVEMBER

j. In Feſto Omniũ Sanctorũ.

Ad Veſp. & Matutinũ.

IEſu Saluator ſæculi, redemptis ope ſubueni: & pia Dei Genitrix ſalutem poſce miſeris.

Cœtus omnes Angelici, Patriarcharũ cunei, & Prophetarum merita nobis præcentur veniam.

Bap-

Baptiſta Chriſti præuius, & Clauiger æthereus, cũ cæteris Apoſtolis, nos ſoluant nexu criminis.

Chorus ſacratus Martyrum, confeſſio Sacerdotum, & Virginalis caſtitas, nos à peccatis abluant.

Monachorum ſuffragia omneſque ciues cœlici annuant votis ſupplicum; & vitæ poſcant præmium.

Laus, honor, virtus, gloria Deo Patri, & Filio, ſancto ſimul Paraclito, in ſempiterna ſecula. Amen.

In Laudibus.

CHriſte Redemptor omnium, cõſerua tuos famulos beatæ ſemper Virginis placatus ſanctis precibus.

Beata quoque agmina cœleſtium ſpirituum; præterita, præſentia, futura mala pellite.

Vates æterni Iudicis, Apoſtolique Domini

ni suppliciter exposcimus, saluari ve-
stris precibus.

Martyres Dei inclyti, Confessoresque lucidi, vestris orationibus nos ferte in cœlestibus.

Chori sanctarum Virginum, Monachorumque omnium, simul cum Sanctis ōnibus consortes Christi facite.

Gentem auferte perfidam credentium de finibus: vt Christo laudes debitas p-
soluamus alacriter.

Laus, honor, virtus, &c.

9. In Festo Omniū Sanctorū O.N.

Ad Vesperas, & Mat.

IEsu corona cœlitum, Maria cœli gaudium, Deo fruentes Angeli audite vota supplicum.

Vos Patriarcharum chori, vatumque turmæ nobiles, vos principes Apostoli, vos purpurati Martyres.

Vos iuncta Confessoribus amæna castra Virginum, Anachoretarum greges nostris fauete plausibus.

Vestris enim conciuibus nostram professis regulam hæc iubilantis Ordinis dicata sunt solemnia.

His inclitis Parentibus congratulamur filii, illustre quos consortium vestri beat collegii.

Sit laus Patri cum Filio & vtriusque Flamini, quos vestra Fœlix ciuitas hymno celebrat perpeti. Amen.

In Laudibus.

SAluete cedri libani, plantæ virentes Ordini, quæ prata nunc cœlestia impletis almo germine.

Vos Trinitatis gloria æterna circumplectitur, vos aura Matris Virginis, mulcet piis fauoniis.

Vos Angelorum Curiæ cingunt chorea per-

perpeti: & irrigant puriſſimi æternitatis riuuli.

O inclytę propagines veſtros iuuate filios: in valle mœſta debiles nos roborate ſurculos.

Sit laus Patri cum Filio ſimulque dulci Flamini, læti quibuſcum viuitis, in ſempiterno lumine. Amen.

25. S. Catharinæ Virg. & Mart.

Ad Veſperas.

CAtharinæ collaudemus virtutum inſignia, cordis ei præſentemus, & oris obſequia: vt ab ipſa reportemus æqua laudis præmia.

Fulta fide Catharina, iudicem Maximinum: non formidat, lex diuina ſic firmat eloquium: quod confutat ex doctrina errores Gentilium.

Victi Chriſtum confitentur, relictis erroribus: Iudex iubet vt crementur; nec

pi-

pilis, aut veſtibus ignis nocet, ſed torrè-
tur, inuſtis corporibus.
Gloria, & honor Deo, vſquequaque &c.

Ad Matutinũ.

PAnge lingua glorioſæ Virginis mar-
tyrium, gemmæ iubar prætioſæ deſ-
cendat in medium, vt illuſtret tenebro-
ſæ mentis domicilium.
Blandimentis Rex molitur Virginem ſe-
ducere: nec promiſsis emollitur, nec ter-
retur verbere: compeditur, cuſtoditur
tetro clauſa carcere.
Clauſæ lumen, ne claudatur, illucet Por-
phyrio, qui reginæ fœderatur fidei col-
legio, quorum fidem imitatur ducen-
tena concio.
Gloria, & honor Deo &c.

In Laudibus:

PRæſens dies expendatur in eius præ-
conium, cuius virtus dilatatur in o-

re

re laudantium: ſi geſtorum teneatur finis, & initium.

Imminente paſſione, virgo hæc interſerit, aſſequatur Ieſu bone, quod à te petierit, ſuo quiſquis in agone memor mei fuerit.

In hoc caput amputatur, fluit lac pro ſanguine, Angelorum ſubleuatur corpus, multitudine, & Sinai collocatur in ſupremo culmine.

Gloria, & honor Deo &c.

23. Jan. S. Raymundi Cõf. O. N.

In Laudib.

SAcra Raymundi veneremur omnes geſta, quæ toto reſonant in Orbe: & Chorus noſter referat canoro carmine laudes.

Ille, qui claris meritis refertus, duxit in terris ſine labe vitam, cælico lætus iubilante Cœtu ſydera ſcandit.

Do-

Doctor, & Virgo duplici corona fulget in cælis: sed amore plenus, quot-quot hic languent miseri fideles, respicit omnes.

Hinc adest cunctis medicina morbis, puluis è sacro tumulo renascens, quo salus, celsis meritis Beati, redditur ægris.

Laus, honor, virtus Domino perènis, qui Deus simplex, pariterque trinus, nostra, Raymundi precibus, remittat crimina vitæ. Amen.

24. Mart. S. Gabrielis Archang.

In Laudibus.

O Robur Domini lucide Gabriel, quem de principibus signat Emmanuel: à quo promeruit discere Daniel, hinc prodigium feri:

Tu vatis precibus curris alacriter, nostras hebdomadum sacrata tempora:

quæ nos ætherei germine principis ;
ditabunt benè gaudiis.

Baptiſtæ pariter mira parentibus affes
à ſuperis, lætaque nuntia: quod mater
ſterili corpore pignora, longæuo pariet
patri.

Quod vates referunt mundi ab origine,
hoc ſacræ veniens tu plenè Virginis, lō-
go myſterium pandis ab ordine, verum
quod pariet Deum.

Paſtores ſolymos, inclyte, gaudiis im-
pleſti, referans cælica nuntia: & tecum
celebrat turba canentium, nati Myſte-
rium Dei.

Oranti Domino nocte nouiſſima, dum
ſudor madidum ſanguinem conficit: ad-
ſtas à ſuperis, ut calicem bibat, aſſentū
Patris indicans.

Mentes catholicas inclyta Trinitas cō-
firma fidei munere cælico: da nobis gra-

ti-

tiam, nos quoque gloriam, per cuncta tibi fæcula. Amen.

DOminus regnauit, decorem indutus est: ✲ indutus est Dñs fortitudinem, & præcinxit se.
Etenim firmauit orbem terræ, ✲ qui nõ commouebitur.
Parata sedes tua ex tunc ✲ a sęculo tu es.
Eleuauerunt flumina Dñe: ✲ eleuauerũt flumina vocem suam.
Eleuauerunt flumina fluctus suos, ✲ à vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris, ✲ mirabilis in altis Dñs.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: ✲ domũ tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.
IVbilate Deo omnis terra: ✲ seruite Domino in lætitia.
Introite in conspectu eius, ✲ in exultatione.

Sci-

Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos.
Populus eius, & oues pascuæ eius: introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis, confitemini illi.
Laudate nomen eius: quoniam suauis est Dominus, in æternum misericordia eius: & vsque in generationem, & generationem veritas eius.

DEus Deus meus: ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta, & inuia, & inaquosa: sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

Si-

Sicut adipe & pinguedine replcatur anima mea: ✲ & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fit tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te: ✲ quia fuiſti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te: ✲ me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi verò in vanum quæſierunt animà meam, introibunt in inferiora terræ: ✲ tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabũtur omnes, qui iurant in eo: ✲ quia obſtructũ eſt os loquentium iniqua.

Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: ✲ illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Vt cognoſcamus in terra viam tuam: ✲ in

om-

omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: ✲ confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent Gentes: quoniã iudicas populos in æquitate, ✲ & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: ✲ terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: ✲ & metuant eum ònes fines terræ.

BEnedicite omnia opera Dñi Dño: ✲ laudate, & ſuperexaltate eum in ſęcula.

Benedicite Angeli Domini Dño: ✲ benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cę los ſunt, Domino: ✲ benedicite omnes virtutes Domini Dño.

Benedicite sol & luna Dñō: * benedicite stellæ cœli Dñō.
Benedicite omnis imber, & ros Dñō: * benedicite ōnes spiritus Dei Dñō.
Benedicite ignis, & æstus Domino: * benedicite frigus, & æstus Dñō.
Benedicite rores, & pruina Dñō: * benedicite gelu, & frigus Dñō.
Benedicite glacies, & niues Dñō: * benedicite noctes & dies Dñō.
Benedicite lux, & tenebræ Dñō: * benedicite fulgura, & nubes Dñō.
Benedicat terra Dñm: * laudet, & superexaltet eum in sæcula.
Benedicite montes, & colles Domino: * benedicite vniuersa germinantia in terra Dñō.
Benedicite fontes Dñō: * benedicite maria, & flumina Dñō.
Benedicite cœte, & omnia, quæ mouē-

tur

tur in aquis Domino: ✲ benedicite omnes volucres cœli Dñō.
Benedicite omnes beſtiæ, & pecora Domino: ✲ benedicite filii hominū Dñō.
Benedicat Iſrael Dnm̄: ✲ laudet, & ſuperexaltet eum in ſæcula.
Benedicite ſacerdotes Dñi Dñō: ✲ benedicite ſerui Domini Dñō.
Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorum Domino: ✲ benedicite ſancti, & humiles corde Dñō.
Benedicite Anania, Azaria, Miſael Domino: ✲ laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
Benedicamus Patrem, & Filium cum ſancto Spiritu: ✲ laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.
Benedictus es Dñe in firmamento cęli: ✲ & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.

Lau-

LAudate Dominum de cœlis: ✲ laudate eum in excelſis.
Laudate eum omnes Angeli eius: ✲ laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum ſol & luna: ✲ laudate eum omnes ſtellæ, & lumen.
Laudate eum cœli cœlorum: ✲ & aquę omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Dñi.
Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ✲ ipſe mãdauit, & creata ſunt.
Statuit ea in æternum, & in ſæculum ſęculi: ✲ pręceptum poſuit, & nõ pręteribit.
Laudate Dominum de terra: ✲ dracones, & omnes abyſſi.
Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: ✲ quæ faciunt verbum eius.
Montes, & omnes colles: ✲ ligna fructifera, & omnes cedri.
Beſtiæ, & vniuerſa pecora: ✲ ſerpentes,

& volucres pennatæ.
Reges terræ, & omnes populi: ✲ principes, & omnes iudices terræ.
Iuuenes, & virgines: senes cum iunioribus laudent nomen Dñi: ✲ quia exaltatũ est nomen eius solius.
Confessio eius super cœlum, & terrã: ✲ & exaltauit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis eius: ✲ filiis Israel, populo appropinquanti sibi.
Cantate Dño canticum nouum: ✲ laus eius in ecclesia sanctorum.
Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: ✲ & filii Sion exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro: ✲ in tympano, & psalterio psallant ei.
Quia beneplacitum est Dño in populo suo: ✲ & exaltabit mansuetos in salutem.
Exultabunt sancti in gloria: ✲ lætabuntur in cubilibus suis.

Exal-

Exaltationes Dei in gutture eorũ: ✲ & gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus: ✲ increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus: ✲ & nobiles eorũ in manicis ferreis.
Vt faciant in eis iudicium conscriptũ: ✲ gloria hæc est omnibus sanctis eius.
Laudate Dñm in sanctis eius: ✲ laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: ✲ laudate eum secundum multitudinẽ magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tubæ: ✲ laudate eum in psalterio, & cithara.
Laudate eum in tympano, & choro: ✲ laudate eum in chordis, & organo.
Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: ✲ omnis spiritus laudet Dñm.

BEnedictus Dñs Deus Israel,* quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ.

Et crexit cornu salutis nobis:* in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os Sanctorum,* qui à sęculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris,* & de manu omnium, qui oderunt nos:

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris:* & memorari testamẽti sui sancti:

Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum,* daturum se nobis.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati,* seruiamus illi.

In sanctitate, & iustitia coram ipso,* omnibus nostris.

Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis:* præibis enim ante faciem Dñi para-

re

re vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: ✲ in remissionem peccatorũ eorũ.

Per viscera misericordiæ Dei nostri: ✲ in quibus visitauit nos, oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent: ✲ ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

OFFICIVM DEFVNCTORV̄

Ad Vesperas.

DIlexi, quoniam &c. pag. 54.
Ant. Placebo Domino in regione viuorum.

AD Dominum cum trib. pag. 57.
Ant. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.

LEuaui oculos meos in mō. pag. 58.
Ant. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dn̄s.

DE profundis clamaui. pag. 66.
Ant. Si iniquitates obseruaueris Dn̄e: Dn̄e quis sustinebit.

CONfitebor tibi Dn̄e in to. pag. 75.
Ant. Opera manuum tuarum Domine ne despicias.

Canticum B. Mariæ.

Ma-

MAgnificat anima mea, &c.
Ant. Audiui vocem de cœlo dicentem mihi: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Pater noſter.
LAuda anima mea Dñm, laud. pag. 89.
℣. A porta inferi &c.

Ad Matutinum.

VErba mea auribus percipe Domine,* intellige clamorè meù.
Intende voci orationis meæ,* Rex meus, & Deus meus.
Quoniam ad te orabo:* Dñe mane exaudies vocem meam.
Manè aſtabo tibi, & videbo:* quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te malignus:* neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.
Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem:* perdes omnes, qui loquuntur mèdacium.

Vi-

Virum ſanginum, & doloſum abominabitur Dominus: ✲ ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam, ✲ adorabo ad templum ſanctũ tuũ in timore tuo.

Domine deduc me in iuſtitia tua: ✲ propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.

Quoniam non eſt in ore eorum veritas: ✲ cor eorum vanum eſt.

Sepulchrum patens eſt gutur eorũ, lĩguis ſuis doloſe agebant, ✲ iudica illos Deus.

Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinem impietatũ eorũ expelle eos: ✲ quoniam irritauerunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui ſperant in te, ✲ in æternũ exultabũt, & habitabis ĩ eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui dili-

gũt

gunt nomen tuum,* quoniam tu benedices iusto.

Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ:* coronasti nos.

Antiphona.

Dirige Dñe Deus meus in conspectu tuo viam meam.

DOmine, ne in furore tuo arguas me,* neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Dñe, quoniam infirmus sum:* sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde:* sed tu Domine vsquequo.

Conuertere Domine, & cripe animam meam:* saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui:* in inferno autem quis confitebitur tibi?

La-

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: ✲ lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: ✲ inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: ✲ quoniam exaudiuit Dñs vocem fletus mei.

Exaudiuit Dñs deprecationem meam, ✲ Dñs orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: ✲ conuertantur, & erubescant valde velociter. *Antiph.*

Conuertere Dñe, & eripe animā meā: quoniam non est in morte, qui memor sit tui.

DOmine Deus meus in te speraui: ✲ saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

Ne quando rapiat vt leo animam meā, ✲

✲dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.

Domine Deus meus si feci istud, ✲ si ẽ iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala, ✲decidam meritò ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, ✲ & gloriam meam in puluerem deducat.

Exurge Dñe in ira tua: ✲ & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge Dñe Deus meus in præcepto, quod mandasti: ✲ & synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: ✲ Dominus iudicat populos.

Iudica me Dñe secundum iustitiã meam, ✲ & secundum innocentiam meam

su-

super me.
Consumetur nequitia peccatorum & diriges iustum, scrutans corda & renes Deus.
Iustum adiutorium meum à Dño, qui saluos facit rectos corde.
Deus iudex iustus, fortis, & patiens: nunquid irascitur per singulos dies?
Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit, & paravit illum.
Et in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.
Ecce parturiit iniustitiam: concepit dolorem, & peperit iniquitatem.
Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foueam, quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Confitebor Dño ſecundum iuſtitiam eius: ✻ & pſallam nomini Dñi altiſſimi.

℣. Ne quando rapiat, vt leo animam meam, dum non eſt, qui redimat, neq; qui ſaluum faciat. ℣. A porta inferi.

PArce mihi Dñe: nihil, &c.

℟. Credo quod Redemptor meus viuit: & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. ℣. Quem viſurus ſum ego ipſe, & non alius, & oculi mei conſpecturi ſunt. Saluat.

TÆdet animam meam vitæ &c.

℟. Qui Lazarum reſuſcitaſti à monumento fœtidum: Tu eis Dñe donare requiem, & locum indulgentiæ. ℣. Qui venturus es iudicare viuos, & mortuos, & ſeculum per ignem. Tu eis.

MAnus tuæ Dñe fecerũt me &c.

℟. Domine, quando veneris iu-

di-

dicare terram, vbi me abſcondam à vultu iræ tuæ? Quia peccaui nimis in vita mea. V. Commiſſa mea pauesco, & ãte te erubesco: dum veneris iudicare, noli me condemnare. Quia peccaui.

In 2. Nocturno.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: * in loco paſcuæ ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: * animam meam conuertit.

Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, * propter nomen tuum.

Nam, & ſi ambulauero in medio vmbrę mortis, non timebo mala: * quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus: * ipſa me cõſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam, * aduerſus eos, qui tribulant me.

Im-

Impinguasti in oleo caput meum: * & calix meus inebrians quã præclarus est!
Et misericordia tua subsequetur me, * omnibus diebus vitæ meæ:
Et vt inhabitem in domo Dñi, * in longitudinem dierum. *Antiphona.*
In loco pascuæ ibi me collocauit.

AD te Domine leuaui animam meã: * Deus meus meus in te confido, non erubescam.
Neque irrideant me inimici mei: * etenim vniuersi, qui sustinent te, non cõfundentur.
Confundantur omnes iniqua agentes, * superuacuè.
Vias tuas Domine, demonstra mihi: * & semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua, & doce me: * quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die.

Re-

Reminiſcere miſerationum tuarũ Domine, * & miſericordiarum tuarum, quę à ſeculo ſunt.

Delicta iuuentutis meæ, * & ignorantias meas ne memineris.

Secundum miſericordiam tuà memento mei tu: * propter bonitatẽ tuà Dñe.

Dulcis & rectus Dñs: * propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget manſuetos in iudicio: * docebit mites vias ſuas.

Vniuerſæ viæ Domini, miſericordia, & veritas, * requirentibus teſtamentum eiꝰ, & teſtimonia eius.

Propter nomen tuum Dñe propitiaberis peccato meo: * multum eſt enim.

Quis eſt homo, qui timet Dñm? * legẽ ſtatuit ei in via, quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur, * & ſemen eius hæreditabit terram.

Fir-

Firmentum eſt Dñs timentibus eum:* & teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis.

Oculi mei ſemper ad Dñm:* quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos.

Reſpice in me, & miſerere mei,* quia vnicus & pauper ſum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt:* de neceſſitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam, & laborem meum:* & dimitte vniuerſa delicta mẽa.

Reſpice inimicos meos, quoniã multiplicati ſunt,* & odio iniquo oderũt mẽ.

Cuſtodi animam meã, & erue me:* non erubeſcã, quoniã ſperaui in te.

Innocentes, & recti adhęſerunt mihi:* quia ſuſtinui te.

Libera Deus Iſrael,* ex omnibus tribulationibus ſuis.

Antiphona.

De-

Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Dñe.

DOminus illuminatio mea, & ſalus mea, ✲ quem timebo.

Dominus protector vitæ meæ, ✲ à quo trepidabo?

Dum appropiant ſuper me nocentes, ✲ vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, ✲ ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.

Si conſiſtant aduerſum me caſtra, ✲ nõ timebit cor meum.

Si exurgat aduerſum me prælium, ✲ in hoc ego ſperabo.

Vnam petii à Domino, hanc requirã, ✲ vt inhabitem in domo Dñi omnibus diebus vitæ meæ.

Vt videam voluptatem Domini, ✲ & viſitem templum eius.

Quoniam abſcondit me in tabernaculo

ſu-

ſuo: ✲ in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

In petra exaltauit me: ✲ & nunc exaltauit caput meum ſup inimicos mẽ. s.

Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis: ✲ cantabo, & pſalmum dicam Domino.

Exaudi Dñe vocem meam, qua clamaui ad te: ✲ miſerere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea: ✲ faciem tuà Dñe requiram.

Ne auertas faciem tuam à me: ✲ ne declines in ira à ſeruo tuo.

Adiutor meus eſto: ✲ ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: ✲ Dominus autem aſſumpſit me.

Le-

Legem pone mihi Dñe in via tua: ✲ & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: ✲ quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mẽtita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Dñi: ✲ in terra viuentium.

Expecta Dñm, viriliter age: ✲ & confortetur cor tuum, & sustine Dominù.

Añ. Credo videre bona Dñi in terra viuentium. ℣. In memoria æterna.

REsponde mihi: quantas &c.

℟. Heu mihi Dñe, quia peccaui nimis in vita mea: Quid faciam miser? vbi fugiam, nisi ad te Deus meus? Miserere mei, dum veneris. In nouissimo die. ℣. Anima mea turbata est valde, sed tu Dñe succurre ei. In no.

Ho-

HOmo natus de muliere, &c.
℟. Ne recorderis peccata mea Domine, Dum veneris iudicare ſeculũ per ignem. ℣. Dirige Dñe Deus meus in conſpectu tuo viã meã. Dũ.

QVis mihi hoc tribuat &c.
℟. Domine, ſecundum actum meum noli me iudicare: nihil dignum in conſpectu tuo egi. Ideo deprecor maieſtatem tuam, vt tu deleas iniquitatem meam. ℣. Amplius laua me Dñe ab iniuſtitia mea, & à delicto meo munda me, quia tibi ſoli peccaui. Ideo.

In 3. Nocturno.

EXpectans expectaui Dñm: ✲ & intendit mihi.
Et exaudiuit preces meas: ✲ & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fęcis.
Et ſtatuit ſupra petram pedes meos: ✲ & direxit greſſus meos.

Et

Et immisit in os meum canticum nouum, * carmen Deo nostro.

Videbunt multi, & timebunt: * & sperabunt in Domino...

Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius: * & non respexit in vanitates, & insanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: * & cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi.

Annunciaui, & locutus sum: * multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium, & oblationẽ noluisti: * aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum & pro peccato nõ postulasti: * tũc dixi: Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, vt facerè voluntatem tuà: * Deus meus volui, & legem tuà in medio cordis mei.

An-

Annunciaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna, * Ecce labia mea nò prohibebo, Domine tu ſciſti.

Iuſtitiam tuà non abſcõdi in corde meo: * veritatẽ tuam, & ſalutare tuũ dixi.

Non abſcondi miſericordiã tuã, & veritatẽ tuà: * à concilio multo.

Tu autem Dñe ne longè facias miſerationes tuas à me: * miſericordia tua, & veritas tua ſemper ſuſceperũt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus: * comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.

Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: * & cor meũ dereliquit me.

Complaceat tibi Dñe, vt eruas me: * Dñe ad adiuuandũ me reſpice.

Confundantur, & reuereantur ſimul,

qui quærunt animam meam:* vt auferãt eam.

Conuertantur retrorſum, & reuereã-tur:* qui volunt mihi mala.

Ferant confeſtim confuſionem ſuam:* qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent, & lætentur ſuper te omnes quærentes te:* & dicant ſemper, Ma-gnificetur Dñs, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego autem mendicus ſum, & pauper:* Dñs ſollicitus eſt mei.

Adiutor meus, & protector meus tu es:* Deus meus ne tardaueris. Aña.

Complaceat tibi Domine, vt eripias me: Dñe ad adiuuandum me reſpice.

BEatus, qui inteligit ſuper egenum, & pauperem:* in die mala libera-bit eum Dominus.

Dominus conſeruet eum, & viuificet

eũ

eum, & beatum faciat eum in terra: ✲ & non tradat eum in animam inimicorum eius.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: ✲ vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.

Ego dixi: Dñe miserere mei: ✲ sana animam meam, quia peccaui tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: ✲ quãdo morietur, & peribit nomen eius?

Et si ingrediebatur, vt videret, vana loquebatur, ✲ cor eius congregauit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, ✲ & loquebatur in idipsum.

Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: ✲ aduersum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt aduersum me: ✲ Nunquid qui dormit non a-

adiiciet, vt resurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo speraui: ✲ qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.

Tu autem Dñe miserere mei, & resuscita me: ✲ & retribuam eis.

In hoc cognoui, quoniam voluisti me: ✲ quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: ✲ & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dñs Deus Israel à seculo, & vsque in seculum: ✲ fiat, fiat. *Aña.*

Sana Dñe animam meam, quia peccaui tibi.

QVemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ✲ ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitiuit anima mea ad Deum fortem vi-

uum: ✲ quando veniam & apparebo ā-
te faciem Dei.

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: ✲ dum dicitur mihi quotidie, Vbi eſt Deus tuus.

Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam: ✲ quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confeſſionis, ✲ ſonus epulantis.

Quare triſtis es anima mea, ✲ & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ✲ ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me ipſum anima mea conturbata eſt: ✲ propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim à monte modico.

Abi-

Abyſſus abyſſum inuocat,* in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelſa tua, & fluctus tui,* ſuper me tranſierunt.

In die mandauit Dñs miſericordiam ſuam,* & nocte canticum eius.

Apud me oratio Deo vitæ meæ,* dicam Deo: Suſceptor meus es.

Quare oblitus es mei?* & quare cõtriſtatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur oſſa mea:* exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies: Vbi eſt Deus tuus?* quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi:* ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Antiphona.

Si-

Sitiuit anima mea ad Deù viuù: quando veniam, & apparebo ante faciẽ Dñi.
℣. Ne tradas beſtiis &c.

SPiritus meus attenuabitur, &c.
℟. Peccantem me quotidie, & nõ me pœnitentem, timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla eſt redemptio: miſerere mei Deus, & ſalua me. ℣. Deus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tua libera me. Qa.

PElli meæ, conſumptis carnibus, &c.
℟. Memento mei Deus, quia ventus eſt vita mea, Nec aſpiciet me viſus hominis. ℣. Et non reuertetur oculus meus, vt videat bona. Nec.

QVare de vulua eduxiſti me, & c.
℟. Libera me Dñe de morte æterna in die illa tremenda: Quando cæli mouendi ſunt & terra: Dum veneris iudicare ſeculum per ignem. ℣.

Di-

Dies illa, dies iræ calamitatis & miſeriæ, dies magna, & amara valde. Quando. ℣. Tremens factus ſum ego, & timeo dum diſcuſſio venerit, atque ventura ira. Dum. ℣. Creator omnium rerũ Deus, qui me de limo terræ formaſti, & mirabiliter proprio ſanguine redemiſti, corpuſque meum, licet modo putreſcat, de ſepulchro facies in die iudicii reſuſcitari: exaudi, exaudi me, vt animam meam in ſinu Abrahæ Patriarchæ tui iubeas collocari. Libera.

Ad Laudes.

Miſerere mei Deus, * ſecundũ magnam miſericordiã tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarũ, * dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea:

&

℣ & à peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatè meà ego cognoſco: ℣ & peccatum meum contra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui, & malù corà te feci: ℣ vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: ℣ & in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexiſti: ℣ incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.
Aſperges me hyſſopo, & mundabor: ℣ lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiũ & lætitiã: ℣ & exultabũt oſſa humiliata.
Auerte faciem tuam à peccatis meis: ℣ & omnes iniquitates meas dele.

Cor

Cor mundù crea in me Deus,* & ſpiritù rectù innoua in viſceribus meis.
Ne projcias me à facie tua:* & Spiritù ſanctù tuum ne auferas à me.
Redde mihi letitiam ſalutaris tui:* & ſpiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas:* & impii ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis mcæ:* & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.
Domine labia mea aperies:* & os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam, ſi voluiſſes ſacrificiù, dediſſem vtique:* holocauſtis non delectaberis.
Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus:* cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.
Benignè fac Domine in bona volun-

tate tua Sion:* vt ędificentur muri Ierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta:* tunc imponent super altare tuum vitulos. Añ.

Exultabunt Dño ossa humiliata.

TE decet hymnus Deus in Sion:* & tibi reddetur votũ in Ierusalem.

Exaudi orationem meam:* ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt sup nos:* & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, & assumpsisti:* inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ:* sãctum est templum tuum mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster:* spes omnium finium terræ, & in mari

lõ-

longè.

Præparans montes in virtute tua, accīctus potentia: ✲ qui conturbas profundum maris ſonũ fluctum eius.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à ſignis tuis: ✲ exitus matutini, & veſpere delectabis.

Viſitaſti terram & inebriaſti eam: ✲ multiplicaſti locupletare eam.

Flumen Dei repletum eſt aquis, paraſti cibum illorum: ✲ quoniam ita eſt prę-paratio eius.

Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: ✲ in ſtillicidiis eius lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: ✲ & campi tui replebuntur vbertãe.

Pinguеſcent ſpecioſa deſerti: ✲ & exultatione colles accingentur.

Induti ſunt arietes ouium, & valles a-

bũ-

bundabunt frumento: * clamabunt e-
tenim hymnum dicent. *Antiphona.*
Exaudi Dñe orationem meam, ad te ō-
nis caro veniet.

DEus Deus meus, * ad te &c. pag.
Antiph. Me ſuſcepit dextera tua,
Domine.

EGo dixi: In dimidio dierũ meorũ:
* vadam ad portas inferi.

Quæſiui reſiduum annorum meorũ: *
dixi: Non videbo Dominum Deum in
terra viuentium.

Non aſpiciam hominem vltrà, * & ha-
bitatorem quietis.

Generatio mea ablata eſt, & conuoluta
eſt à me, * quaſi tabernaculũ paſtorũ.

Præciſa eſt velut à texente vita mea: dũ
adhuc ordirer, ſuccidit me: * de mane
vſque ad veſperam finies me.

Sperabam vſque ad mane, * quaſi leo

ſic

ſic contriuit omnia oſſa mea.
De mane vſq; ad veſperam finies me:
℣ ſicut pullus hirundinis ſic clamabo,
meditabor vt columba.
Attenuati ſunt oculi mei,℣ ſuſpicientes in excelſum.
Domine vim patior, reſponde pro me,
℣ Quid dicam, aut quid reſpondebit mihi, cum ipſe fecerit?
Recogitabo tibi omnes annos meos:℣
in amaritudine animæ meæ.
Domine, ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & viuificabis me:℣ Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.
Tu autem eruiſti animam meam, vt nō periret,℣ proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te:℣ non expe-

ctabunt, qui deſcendunt in lacum, veritatem tuam.

Viuens, viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: * pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine ſaluum me fac, * & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Dñi. *Antiphona.*

A porta inferi, erue Dñe animas eor.

LAudate Dñm de cælis: * &c. pag.

L *Añ.* Omnis ſpiritus laudet Dñm.

BEnedictus Dñs Deus Iſrael. pag.

B *Añ.* Ego ſum reſurrectio & vita; qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet: & omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.

Pater noſter.

DE profundis cla. pag.

℣. A porta inferi.

CVm inuocarẽ, exaudiuit mé Deus iuſtitiæ meæ: * in tribulatione dilataſti mihi.

Miſerere mei, * & exaudi orationẽ meam.

Filii hominũ vſquequò graui corde? * vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mendacium.

Et ſcitote quoniam mirificauit Dominꝰ ſanctũ ſuũ: * Dñs exaudiet me, cù clamauero ad eum.

Iraſcimini, & nolite peccare: * quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris cõpungimini.

Sacrificate ſacrificiũ iuſtitiæ, & ſperate in Dño, * multi dicũt: Quis oſtendit nobis bona?

Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: * dediſti lætitiã in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei ſui, * multiplicati ſunt.

In

Ad Completoriũ.

In pace in idipſum, * dormiã, & requeſcam.
Quoniam tu Dñe ſingulariter in ſpe: * conſtituiſti me.

IN te Dñe ſperaui non confundar in æternũ: * in iuſtitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuã, * accelera vt eruas me.

Eſto mihi in Deũ protectorẽ: & in domũ refugii, * vt ſaluũ me facias.
Quoniã fortitudo mea, & refugium meũ es tu: * & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quẽ abſcõderũt mihi: * quoniã tu es protector meus.

In manus tuas cõmendo ſpiritũ meũ: * redemiſti me Dñe Deus veritatis.

QVi habitat in adiutorio altiſſimi, * in protectione Dei cæli cõmorabitur.

Di-

Dicet Dñō ſuſceptor meus es tu, & refugiū meū: Deus meus ſperabo in eū.
Quoniā ipſe liberauit me de laqueo venantiū, & à verbo aſpero.
Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis eius ſperabis.
Scuto circumdabit te veritas eius; nō timebis à timore nocturno.
A ſagita volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incurſu, & dæmonio meridiano.
Cadent à latere tuo mille, & decē millia à dextris tuis: ad te autē non appropinquabit.
Verumtamē oculis tuis conſiderabis: & retributionē peccatorū videbis.
Quoniā tu es Dñe ſpes mea: altiſſimū poſuiſti refugiū tuū.
Non accedat ad te malū: & flagellū non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quo-

Ad Completoriũ.

Quoniã Angelis ſuis mandauit de te: * vt cuſtodiãt te in omnibus viis tuis.

In manibus portabũt te: * ne fortè offendas ad lapidè pedè tuũ.

Super aſpidẽ & baſiliſcũ ambulabis: * & cõculcabis leonem & draconem.

Quoniã in me ſperauit, liberabo eum: * protegã eum, quoniam cognouit nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiã eũ, cũ ipſo ſum in tribulatione: * eripiam eũ, & glorificabo eum.

Longitudine dierũ replebo eũ: * & oſtendã illi ſalutare meũ.

Ecce nunc benedicite Dnũm: * omnes ſerui Dñi.

Qui ſtatis in domo Dñi, * in atriis domus Dei noſtri.

In noctibus extollite manus veſtras

in

in ſancta: * & benedicite Dominũ.
Benedicat te Dominus ex Sion, * qui fecit cœlũ, & terrã.
NVnc dimittis ſeruum tuum Domine, * ſecundum verbum tuũ in pace.
Quia viderunt oculi mei: * ſalutare tuũ.
Quod paraſti: * ante faciẽ omniũ populorũ.
Lumẽ ad reuelationẽ gentiũ, * & gloriam plebis tuæ Iſrael.

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA

AD PRIMAM

Hymnus.

IAm lucis orto ſidere, Deum precemur ſupplices, vt in diurnis actibus, nos ſeruet à nocẽtibus.
Linguam refrænans temperet, ne litis horror inſonet: viſum fouendo cõtegat, ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima, abſiſtat & vecordia: carnis terat ſuperbiam, potus cibique parcitas.
Vt cum dies abſceſſerit, noctemque ſors reduxerit: mundi per abſtinentiam ipſi canamus gloriam.
Deo Patri ſit gloria, eiuſque ſoli Filio, cum Spiritu Paraclito, & nunc & in p-